

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
4 N
4

ALMANACH NOVVM

PETRI PITATI VERONENSIS

MATHEMATICI

Ad annos vndecim Incipiens ab anno Christi. M D L I I. vsq; ad annum M D L X I I.

ISAGOGICA IN CELESTEM ASTRONOMICAM DISCIPLINAM

Tractatus tres per breues de Electionibus, Reuolutionibus Annorum, & mutatione aeris

OMNIBVS DILIGENTISSIME RECOGNITIS ET EMENDATIS

Abbey d. Subiaco anno 1604

BIBL. S. PVDEN. DE VRBE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cautum est priuilegio Illustris. Senatus Veneti.

VENETIIS APVD IVNTAS.

M D L I I

ALMANACH

NOVVM

PETRI PITATI VERONENSIS

Mathematicæ professoris in diaria nuper a se edita, & alia Astronomicæ disciplinæ professori cuilibet perutilia, atq; super directorias, ac primi mobilis tabulas in clarā atq; expeditissimā formā ab eodē relictas

PROŒMIVM.

EPHEMERIDES Nostras annorum sex. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. quas modo præcedentibus adiecimus ad Venetiarū vrbis longitudinē exactissimo calculo elaborauimus. Hæc est enim Venetæ, atq; maritimæ regionis, nec minimæ partis Galliæ cesalpinæ, nedum patriæ nostræ domina, & alumna, vrbium facile princeps, ac totius ferè orbis celebratissimum emporium. Hæc est (vt dicitur) vrbs illa auri diues, sed ditior famæ. potens opibus, sed virtute potentior. solidis fundata marmoribus, sed solidiore etiam fundamēto ciuilis concordiæ stabilita. falsis cincta fluctibus, sed salsioribus tuta consilijs. Hæc vrbi ac patriæ nostræ inclitæ vsq; ad eo clementissimæ moderatur, vt nō minori eam dilectionis affectu amplexari videatur, quā olim Romano senatui, Octauio quoq;, ac Galieno Imperatoribus peregrata fuisse tradatur, à quibus olim Romana colonia (quod vetustum in porta Bursari Veronæ cognominata epigrāma testatur) non indigne quidē effici meruit, varijs q̄dē ac pluribus ornamentis, atq; nobilissimorum ædificiorum monumentis exornata. Quibus omissis (quandoquidem innumeras illius, ac patriæ nostræ laudes, atque antiquissima ipsius ædificia, vel ea etiam, quæ regum, ac principum vetustas sedes tum Pipini, tum Theodorici huius Gothorum, illius Italiæ regis testantur, nostræ non est mentis enarrare, quæ duobus alijs relinquo, quorum alter hæc ciuis noster non vulgari oratione descripsit, atq; alter ex Germania licet oriundus, Veronæ tñ alumnus vtrasq; huius. s. atque illius laudes non inferiori forsitan Aserço, carmine cecinit) Ephemerides nostras dicimus ad longitudinem computatas graduū triginta quatuor cum dimidio fere ab occidente habitato, quæ Venetiarum vrbi cosmimetrarum emensione sub latitudine graduum quadraginta quinq;, minutorum sexdecim, Veronæ quoque non minus congruenti compensatur, distans à Toleto (vnde Alphonsi radices in cœlestibus motibus assumuntur) gradibus, vigintitribus, ac minutis triginta fere ex æquinoctiali, quibus hora vna minuta triginta quatuor correspondent. Quibus ab annis integris. 1551. surreptis, atque ab Era Christi per Alphonsi tabulas ex planetarum motibus sumpta radice, per ipsarum canones reliqua operantes, ad prædictum vrbis Venetæ meridiem æqualis scilicet atque astronomici diei exordiū (nulla hic propterea addita, vel diminuta æquatione dierum, alias in coniunctionibus luminarium atque planetarum radiationibus superaddita) quosque cœlestes motus, solisq; ac lunæ coitus cum oppositionibus veris & inæqualibus q̄q; syncerissime supputauimus. Quod si modo Ioannis Stœfleri supputationes in ipsius Ephemeridium præcedentium annorū descriptionibus à nostris p̄ minuta, 20, horarū siue plus modo,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

vel minus diuersificari videant, atq; ideo planetarū motus, siue ēt cōiūctiones luminariū, atq; oppōnes p tm tpis spatiū pueniant, ac nostræ nō minus tantumdē tardiores appareāt, ne mireris ꝯso, qnquidē ipse in ægnoctiū annotatiōe, atq; oppositionibus luminariū in paschali tabula p ipsum in nouo Romano calendario descriptis, à Pauli episcopi Forosempronien sis, ac nr̄a calēdarij reformationis cōputatione p Alphonsi tabulas diligentissime examinata, p tm tpis spatiū prę-
* uiēdo discrepat. Anno nanq; Christi dñi. 1520. vbi nos cum p̄fato Paulo æquinoctium vernū, siue introitū solis in primū Arietis punctū ad meridiem vrbis Romæ decimo Martij die horis. 3. minutis. 28. notauimus, atq; anno altero. 1521. horis. 9. mi. 17. post prædictæ vrbis meridiē idipsum collocauimus. Ille hoc horis. 8. mi. 26. atq; alterū hor. 2. mi. 27. post. Tubingæ meridiem statuit. Quibus modo adhibitis minutis. 23. horarum differentiæ meridianorum Romæ, & Tubingæ (qnot ille in calendarij noui, atq; eiusdem Ephemeridium editione cum Ioanne de Regio monte addenda proposuit) adhuc vtriusq; æquinoctij sedis collatione facta, minor erit eiusdem Stoæflerini numerus mi. 18. Et sic per tātum temporis spatiū, vel circiter æquinoctia quælibet hunc ipsum anticipasse perspicitur. Similis quoq;, vel maior etiam in coniunctionibus medijs, atq; oppositionibus lu-
* minarium temporis præmissi diuersitas reperitur. Hic nanq; paschalem oppositionē mediā secundo Aprilis die anni prædicti. 1520. horis. 8. mi. 54. descripsit, ꝯq; Paulus episcopus eiusdem diei horis. 9. mi. 40. assignauit. Atq; alteram hic modo anno. 1521. nihil ab Alphonsi calculo discrepans, vigesimo secundo Martij die horis. 18. mi. 29. (quod & nos fecimus) deputauit. Stœflerinus autem horis. 17. mi. 43. eiusdem diei notauit. Qua de re, quandoquidem (adhibita etiam vt supra meridianorum distantia) non minor in veris, & æqualibus luminarium coniunctionibus, nec dissimilis in planetarum motibus anticipatio reperitur, non parū quidē de eo admirandū extat. Quū maxime idē Stœflerinus hisce vel similibus Alphonsi tabulis in eiusdem supputationibus cousus æque fuerit, dum propositione. 34. sub litera con. & alibi, hoc idem annuat, dum inquit. Supputatorias tabulas mihi vsu habitas, ab alphosinis nusquam discrepantes in manibus recepi-
* mus: & cætera. Quod si ab eisdem dissentire ipsi modo visum fuit, atq; in annua solari quantitate, Albategni sententiæ, vel aliorum forte minori hanc temporis spatio, ꝯq; Alphonsi tabulæ absoluentium inhęrendo, eertam prædictorum minutorum tpis pręuentionē, aut secus erroris alicuius notam in præmissis aliqualiter sensibilem nouit, cur non illam alicubi editionum suarū palam ostendendo aperuerit, non parum quidē admirationis nobis & alijs quoq; attulit, quod Paulus prędictus, Nicolaus Cusanus, Petrus Cameracensis ambo Romanæ ecclesię Cardinales, Cāpanus quoq;, Augustinus Ritius, Hieronymꝰ Castilioneus, ac demū cōterraneus, & ciuis nr̄ Fracastorius ille Medicorū, ac Philosophorū, vel ēt va-
* tū p̄clarissimus minime obticuerunt. Sed neq; tñ ipsius Stœflerini Ephemerides in planetarū, pgressibus, atq; stellarū fixarū motibus ab oī erroris crimine purgantur. qđ cernentibus sensibiliter innotuit in coniunctione magna Saturni & Martis anno domini. 1536. Quæ. 25. Maij in eiusdem diarijs annotatur. Cū tamen diebus circiter tribus cœlo palam pręcessisse, ac vulgaribus per dies plures etiā præuenisse visa sit. Quum hi tamen per visualem lineam ab oculis eorum ad stellas ipsas fallerentur, minime percipientes alium esse circuli transitum per po-

los zodiaci,& centrum stellæ,qui stellarum longitudinem metitur,alium autem circulum,qui per Zenith nostrum,siue horizontis polum,ac stellę centrum per- *
transit,quiq; altitudinem stellæ,nõ longitudinalem distantiam ostendit.Nec me fugit aliquos etiam non vulgariter doctos, atque astronomicæ artis non ignaros prædictas Alphonsi, atq; aliorum cœlestium motuum tabulas omnes damnare, q; scilicet ex aceruatione minutiorum aliquot in medijs planetarum, ac cœlestiũ orbium motibus omissorum per multum temporis spatium erroris congeriem clanculum adducant.quod iudiciariæ tantum imbuto,ac mathematicæ artis immuni facile credo persuaderi poterit, non tamen arithmeticam vel mediocriter
* etiam calenti.Qui datis etiam octauis triginta motus alicuius in anno prætermissis,hisq; per.6000.productis,sexta quinquaginta tãtum in annis totidem ex cõgerie ipsa eduxerit. Dicẽdum est igitur q; omnium fere mathematicorum assensu,Alphonsus ipse maximam pre cęteris planetarum motibus veritatem adiunxerit(licet ab aliquibus in stellarum fixarum & augium annotatiõe arguatur) & iam annis pluribus elapsis eclypes luminarium, & reliquorum planetarum veri motus comprehenduntur.Et siquis error aliquando in Saturni, & Martis motu *
(vt prædiximus)reperiatur, qui vel per suos incognitos orbes, vel per octauæ sphęræ motum adhuc nobis ignotum,regulari non possit,per quam planetarum orbes aliqualiter agitari censentur, eadem ratione,qua medicina, & reliquæ artes per sensibiles etiam, vel minimos errores nõ repelluntur, & eadem met ipsæ astrologicæ tabulæ minime abdicari debent.Et si nanq; medicus(vt Abiosus inquit)alterationem complexionis ab vno mense ad alium non cognoscit,ipsam tamen per discrepantiam qualitatum in annis decem vel pluribus comprehendit, vt à sanguinea ad cholericam complexionem migrasse Nec minus si planetarum motus superiorum ex octaui orbis motu agitari & cõcitari possunt,& propterea tabularis ratio in aliquo deficiat,nouam tamen per obseruationem mediantibus geometricis instrumentis corrigi,& emendari possunt.Quod Ptolemęus maxi- *
me in compositione magna Almagesti obseruandum præcepit, ad hoc vt astrologorum error saltem sensibilis minime appareat. Quod quoniam per prędecessores nostros,& Alphonsum deniq; in sole & luna, ac inferioribus etiam ob crebras ipsorum reuolutiones longe magis obseruatum videmus,ideo nullus in his, vel sensibilis saltem error innotuit.Illos ergo maiores, & antiquiores nobis prorsus imitandos duximus,quod Ioãnes ille Monteregiensis,Paulus episcopus Forosempronienſis, Ioannes Stœflerus(excluſa prædictorum minutorum temporis anticipatione)Ioannes Blanchinus,& plures alij ævo nostro mathematici insignes;q; effecere.donec inquam & quousq; iuniorum obseruationes, non semel,sed pluries,nec in planetarum motibus tantũ, atq; annua solis reuersione,q; etiam in octaui orbis circulatione, per aliquod temporis spatium cõprobentur. quum singuli inferiorum orbium motus à superiori etiã aliquatenus q; dependeant propterea non põt duobus pedibus claudus,si vno tantum sanetur, rectus incedere.Quare tritam modo semitam prosequendo,planetarũ, ac stellarum loca consulto nolui temere immutare(quum non mea sit, qui mathematicorũ omnium peripsema, vel minimus equidem mihi videor)nisi quantum per antiqua Græcorum,atq; latinorum exẽplaria syderum loca aliqua emendauimus,nec minus cœlo æque decurrentia trutinauimus,quæ pluribus in locis scriptorũ incuria

longe deprauata reperiuntur. Quemadmodum postremum fusionis stellam Anno domini labente. 1535. die. 22. Iulij cum Ioue vidimus summo cœli cardine collocatam, eodem pariter momento cœli medium pertransire. Quarum modo ambarum stellarum latitudine perspecta, adhibitaq; vtriusq; differentiæ norma ob remotionem a nonagesimo gradu ecclypticę & medij cœli transitum, easdem cum septima piscium parte minus tertia gradus vnius, vel circiter meridianum circulum propriis oculis pertransire perspexi. quo cum gradu stella eadem fusionis aquæ cœlum ipsum ex tabulis nostris mediare concernitur, vigesimum septimum piscium gradum præsenti tempore decurrens, quum tamen stella ipsa iuxta deprauatam tabularum plurium, atq; etiam Ioannis Monteregiensis, siue Stœflerini ephemeridium impressionem per septem gradus longe à veritate labetur, vigesimam tantum piscium partem occupans. Prædictam stellæ annotationem ex altitudine ipsius pluries in meridiano constitutæ, maxime anno prædicto ex mediatione cœli, & lunæ & stellæ ipsius vltimo Nouembris die verissimam prorsus agnouimus. Verum his omissis, atq; alijs, quæ circa planetarum motus, & octaui cœli orbis dici potuissent, tanq; longiori, ac potiori, q; nostri, atq; astrologorum plurium, nec vulgarium quidem examine indigentibus: quibus impræsentiarum curam hanc merito delegamus. Prætermissis etiã his quæ super Ephemeridium commentaria adduci poterant, alias per Ioannem Monteregiensem, ac Stœflerinum luculentissime pertractata, reiectisq; prius quorundam desipiẽtium erroribus, præmissisq; his, quæ Isagogicæ doctrinæ omnino necessaria visa fuerint, Ad electionum canonum normam, in primis aphorismos quosdam sapientum summatim colligendo, transire visum fuit, atq; aliqua, anteq; ad Ephemeridium exhibitionem, ortusq;, & occasus syderum perueniamus, non minus astronomiæ professoribus vtilia, q; scitu iucunda (diuino opitulante numine) in lucem ex ordine expromere statuimus.

¶ Quomodo homini futura prænoscere, atq; vaticinari liceat contra vulgarem quorundam sententiam.

ABiectis execrabilibus artis magicæ vanitatibus, diabolicæ inq;, non diuinæ, ac naturalis, reiectisq; alijs superstitionibus, atq; illorum dictis, qui ex astris omnia futura necessitate fatali euenire senserunt, quiq; terminos astronomicę potestatis respectu liberi arbitrij superbe excesserunt, opinioni quoq; eorum retragabimur, qui futura aliqua quauis humana scientia prædici posse abnegantes (vt astronomia, chiromantia, physionomia, & geomantia, quam sors, & casualis figuratio, leuitasq; inanem, & suspectam reddit) dum hoc solummodo diuinę menti reseruatum astruunt, ipsius bonitati, ac liberalitati derogant. Si nanq; Deus immensa suą ipsius munificentia cœlestibus corporibus, ac elementaribus virtutibus nouas res quotidie, vt mineralia, vegetabilia, nouaq; animalia, & hominem (quum Sol & homo generent hominem) alterum quoq; producere, ac generare concessit, volucres quoq; cœli, & animalia quædam naturali instructu aeris perturbationem, & temperiem, futuramq; cantu serenitatem, vel motu aliquo corporis prænuntiare donauit: Quis illum homini suam ipsius imaginem gerenti, cuiq; diuinum quid afflatu suo inspirauit, &, quod maius est, cui hominem alterum à peccatis absoluere, & emundare concessit (quod diuinæ tantum competit potestati) futura modo aliquo prænoscere, magis q; volatilia, & quadrupedia, &

altius elargitum fuisse negabit: Præ cæteris ergo Noam, exinde patres alios (si Iosepho, & Berosо Chaldæo credimus) alijs non minus diuinis, & cœlestibus disciplinis edoctum Astrologiam cœlitus, (quod facile credi potest) edocuit, qua ille Armenios, & Schytas parum post vniuersale diluuium instruxit, vt quid ab anni initio, & cardinibus eius per anni reliquum futurum esset decernerent, ob quam rem illum diuinæ mentis participem esse dixerunt. Sic pater ille multarum gentium Chaldæos, & Aegyptios æque doctos fecit. Nec minus & nos, per * hanc (quam theologiam naturalem Petrus Cardinalis Cameracensis in libro Cõcordantiæ Astrologiæ cum Theologia, merito nuncupauit) dum syderum cursus emensi, atque edocti fuerimus, agnito cœli situ, ac stellarum dispositione per interrogationis ascendens, siue per horam exitus infantis ex vtero materno, perq; coniunctiones, & aspectus planetarum, atque eclipses luminarium futura contingentia in hoc sæculo, non tamen necessitate absoluta, sed conditionata prævidere poterimus. Est nanq; cœlum (quod Theologi quoq; non inficiantur, vt Thomas de Vio Caietanus super psalmo. 104) vehiculum diuinæ virtutis, quo mediante motu, & lumine densitatum, ac stellarum ipsius, tanq; secundis causis, Deus cuncta hæc inferiora, & elementaria corpora ordinat, atque disponit. Ex quo vultus huius sæculi subiecti sunt lationibus superioribus, vt omnis huiusce mundi virtus inde gubernetur, vt Philosophus, & Astrologus æque attestantur. Vnde agnita cœli dispositione, futura mundi contingentia facile admodum erit præcognoscere. Cum nanque Deus cœlum sicut pellem extenderet, formans vniuersitatis librum. Futura quoque accidentia, quæ vim naturæ mini- * me excedunt, in eodem mirifice descripsit. Vnde cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Et Deus fecit luminaria magna, vt vltra temporum diuisionem, essent nobis in signa videlicet futuræ pestilentiæ, belli, penuriæ, pacis, & abundantiæ, ac cæterorum naturalium euentuum. nec eis causalitatem attribuit Mõses legislator, ne Iudæi simplices à veri Dei cultu deuiarent, quod expositorum aliqui minime tacuerunt, vt Alphonsus Episcopus Abulensis (neq; enim hoc de signis cœlestibus intelligi potuit, quum non luminaria, sed stellæ cœlo affixæ signa eiusdem efficiant.) Noluit quoq; & filius Dei vnigenitus tãq; verus homo libri æternitatis eiusdem literis deesse, vt ea, quæ hominis sunt, velut natiuitas, mortis aculeus, & alia plurima per figuram cœli significarentur, quæ tamen vim humanæ naturæ minime excedunt non ea quæ soli potestati diuinæ mere, ac libere subsunt. Non quòd figura cœli causa esset quòd Christus nasceretur, sicuti neque oracula prophetarum causa fuere, quòd Iesus pateretur, Sed potius (vt inquit Albertus in speculo) significatio fuerat, Immo & vero verius ipse erat causa quare modus admirandæ suæ natiuitatis per cœlum significaretur. Verum nos ne contra catholicorum dicta, ac diuinam legem, contraq; veram ac naturalem Astronomiam in pronosticandis futuris in * hoc sæculo contingat sæpius aberrare; tria nosce oportet futurorum euentuum genera, Quorum aliqua sunt primum, quæ habent causam determinatam, & infallibilem, vt motus cœli, ortus, & occasus signorum, coniunctiones planetarum, & luminarium, eclipses, & similia, in quibus est determinatio, & infallibilitas experte motoris, ac etiam omnis impedimenti remotio ex parte qualibet, nisi inquantũ subiacent diuinæ voluntati, quæ tamen semper ordinate agit,

Et de his vera, ac certa est astrologica scientia, atq; ipsorum experta præcognitio. Quibus præcognitis, & eorum effectus facile innotescent, vt sunt generalia mũdi huiusce accidentia, bella, fames, pestilentiæ, pax, abundantia, regnorum sectarumq; mutationes, grandines, aerisq; maximæ perturbationes, elementorum cõmotiones, terræmotus, & similia, quæ ex cœlesti influxu, atq; elementorum commotione, quæ vi syderum aguntur, quotidie, vel de æuo in æuum euenire concernimus. Quæ quoniam ab vniformi cœli motu inuariabiliter æque dependent, ni secus à prima causa secundæ miraculosæ impediantur (vt prædiximus) peritissimus in his astronomus non longe à veritate aberrabit. Verum quæ potest Deus potestate absoluta, nunq̃, vel raro fient, quia sequeretur, q̃ Deus faciat aliquid, & minus ordinate agat. Quum tamen omnia quę sunt à Deo, ordinata sint, secundum apostolum. Neq; in his ponendum est miraculum absq; necessitate, vel nisi in rę magna, vt in morte Christi solaris defectio, & Iosue necessitatis tempore Solis non naturalis retrogradatio. Secundo aliqua sunt futura cõtingentia, quę causam habent indeterminatam, & fallibilem, sicut sunt operationes hominum pure, mere, & simpliciter voluntariæ, atq; ideo non habent determinatam veritatẽ, neq; determinatam falsitatem, vt philosophus inquit. Nam voluntas hominis indeterminata est, & ad vtrunq; vertibilis, videlicet ad opposita, atq; ideo fallibilis, quia etiam volenti aliquid perficere, multa occurrere possunt impedimenta. Et propterea quum sit anima ipsa hominis nobilior cœlo, nec possit illud, quod corporale est, in animam agere, quæ spiritualis est, Ideo non potest cœlum voluntatem humanam immutare, neq; in eam, nisi in directe inclinando agere. Et ideo talia non possunt astronomica, vel quacunq; alia humana scientia, sed quodammodo exili coniectura pręsciri. Tertio aliqua sunt, quæ habent causam determinatam, sed aliqualiter fallibilem, vt ea quæ partim a voluntate hominis, partim a cœli influxu dependent. Et hoc quia cum homo naturam habeat bipartitã, vnam scilicet, cœlestem, & ætheream, videlicet animã intellectualem, alteram vero ex elementorum compagine propagatam, quod est corpus caducum, & mortale, ea propter eandem oportuit duobus agi principijs, cœli, s. influxu, & voluntate, & sic effectus, & operationes eiusdem variæ, & mistæ inueniuntur. De his igitur cum magis eędem corpori, q̃ animæ appropriantur, minusq; voluntati sub sunt hominis, vt bona fortunæ, corporis, & animæ habitudo, ac veluti sensus, & intellectus, sanitas, vel infirmitas, longus vel breuis vitæ terminus, & vt plurimum biothanata mors, quę vix humana voluntate, & sapientia regi, vel moderari possunt. De his dico astronomus verum, ac rectum profert iudicium, non tamen vt de prioribus ita penitus infallibile, veruntamen sufficienti, ac probabili coniectura fundatum. Cum enim cœlum ad hoc, vel ad illud humanũ corpus alteret, atq; disponat, bonum ve fortunã, vel malam homini inspiret: non poterit propria voluntate corpus propriũ de insano sanum facere (de his loquor, quæ a natura sunt) nec poterit similiter bonam sibi fortunam in negocijs humanis, ac dignitatibus, & honoribus appropriare, & sic de memoria, intellectu, longa ipsius vita, & de cæteris. Nec inficior tamen hominem penitus humana sapientia, ac prouidentia posse stellarum opus adiuuare, vel incuria, et malo regimine abbreuiare. Sed hoc raro & per accidens euenit. Quæ vero humanæ voluntati subijci, & ab eadẽ moderari vel corrigi possunt, licet sint corpori a cœli influxu naturaliter insitæ, &

propagate, vt concupiscentia, & irascibilis, ex quo aliqui ad desideria voluptatū, aliqui ad iram, & vindictam, aliqui ad bonos mores, philosophiam, virtutes, & temperantiam, ad fraudes aliqui, bella, & rapinas magis proni existunt. De his potest naturale iudicium proferri, ad quod cœlum naturaliter inclinat, atq; dispo nit, & sic naturali, atq; humana coniectura fundatum. Quum autem homo sit ani mal politicum, ipsumq; Deus intellectuali spiritu insigniuerit, atq; eundem cœ lesti radio vultus sui, & rationis lumine illustrauerit, animamq; eidem liberam, ac voluntatem cum potestate arbitrij sui super humanas affectiones, ac syderum inclinationem donauerit, his mediantibus (præueniente diuino lumine) humani corporis affectiones, & passiones in diuinam, ac supernaturalem alteram naturā transferre, & cōmutare poterit. Vnde in his astronomorum, ac ceterarum huma narum scientiarum iudicium fallax, & inane. Quod de brutalibus hominibus, qui non ductu rationis, quin voluptatis affectu humanam naturam in irrationalem commutant, vt plurimum verax fiet. Quicquid igitur in libro hoc, vel quorum cunq; astrologorum iudiciorum dictis circa futura contingentia dictum, vel scri ptum inueneris, non aliter, q̄ hic modo prædiximus, dictum puta. Quoniam no stra hæc est sententia elementaria corpora quæq;, siue ex eisdem compacta a su perioribus gubernari: cuncta tamen diuinæ potestati, atq; hominum actus, qui ab hac moderari possunt, humanæ subijci voluntati.

ISAGOGICA SIVE INTRODVCTO ria in cœlestem astrologicam disciplinam, & primo de si gnis circuli duodecim obliqui.

ZOdiacus, siue obliquus circulus in partes duodecim æque diuisus, signa toti dem in longitudine, gradus vero duodecim in latitudine cōtinet, ab eclypti ca medium possidente (quam Sol inuariabiliter calcat) senos vtrinq; impartiens. per quos a Solari itinere planetæ reliqui, plus modo, vel minus, aut nihil quan doq; diuertuntur. Ex quo ab eclyptica septentrionem versus deuagantes, borea les, siue septentrionales: meridiem autem versus meridionales, siue australes per literas. S. vel. M. in ephemeri cum gradibus, & minutis inferius sub planetarum motibus designantur. Pars autem quælibet sena circuli ipsius (vt prædiximus) in latitudine ab eclyptica, siue in longitudine a signo quouis in portiones triginta diuiso, gradus æquales dicuntur, quorum pars quælibet minuta sexaginta com prehendit. Sicq; minutum vnum secunda non minus sexaginta complectitur. Ex quo per eundem sexagenarium numerum ad tertia, quarta, quinta, sexta, se ptima, & vltra (si libet) deuenies. Signa vero duodecim (habito respectu ad ima gines cœli, quæ secundo mobili figurantur, siue ad stellas octaui quoq; orbis) his nominibus, & characteribus, nec ob id temere tamen designantur, sed propriam quodlibet ipsorū significationis, ac figurationis causam retinet, quod veluti etiā planeta quilibet ex septem inferius describendis dominium vnumquodq; pro prium per membra hominis virtualiter (vt infra) obtinere decernitur.

12.

ϒ Aries igitur, cuiusmodi formam (vt prædiximus) octauo orbi stellæ affixæ effi ciunt, quiq; proprijs eiusdem characteribus vel figuris nono cœlo designatur, hic vt (videtur) cornibus in capite erectis exemplariter figuratur. Ex membris humanis caput, & faciem hominis præseruans,

♉ Taurus itidem per cornua hc disposita figuratur, ex membris, collum, & gut-
turis nodum habens.
♊ Gemini vero per duos tractus coniunctos, qui amplexum Castoris, & Pollu-
cis designant, humeros, brachia, & manus tuentur.
♋ Cancer per oculos oppositos, quos à facie, & tergo habere videtur, figuraliter
insinuatur, pectus, stomachum, costas, splenem, & pulmonem possidet.
♌ Leo per caudam ipsius protractam taliter figuratur, dorsum, cor, latus, & sca-
pulas disponens.
♍ Virgo per fimbriam palli virginalis significatur, ventrem, viscera, atq; inte-
stina dirigit.
♎ Libra per figuram instrumenti ipsius sic characterizatur, lumbos, inferiora
ventris, pectinem, & vmbilicum tenet.
♏ Scorpio per aculeum post duos tractus emissum fingitur, inguina, vesicam, &
anum regit.
♐ Sagittarius per sagittam demonstratur, femora, & coxas habens.
♑ Capricornus per formam pedis chorda alligati designatur, genua, & popli-
tem custodiens.
♒ Aquarius per aquam guttatim defluentem demonstratur cruribus, & tibijs
eque prędominans.
♓ Pisces per characterem fere amborum dorso coniunctorum figurantur, pedi-
busq;, & talis pariter dominantur.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ Septentrionalia.
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ Meridionalia.
♈ ♌ ♐ ignea, calida, & sicca, masculina, diurna, cholerica, amara, orientalia.
♉ ♍ ♑ terrea sunt, frigida, & sicca, fœminina, nocturna, aeria, melancholica, &
meridiana.
♊ ♎ ♒ aerea, calida, & humida, masculina, diurna, sanguinea, dulcia, & occi-
dentalia.
♋ ♏ ♓ aquatica sunt, frigida, & humida, fœminina, nocturna, phlegmatica, sal-
sa, septentrionalia.

♈ ♋ ♎ ♑ Mobilia.
♉ ♌ ♏ ♒ Fixa.
♊ ♍ ♐ ♓ Communia.
♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ Directe ascendentia.
♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ Oblique siue tortuose ascendentia.
♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ Inferiora sex obliqua superioribus directis obediunt, & mittũt
♊ ♉ ♈ ♓ ♒ ♑ ad seinuicem antiscia. i. obumbrationes malas.

♎ vltima medietas via dicitur combusta.
♏ prima medietas
♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ Maxima Solis medietas, siue portio Solis.
♒ ♓ ♈ ♉ ♊ ♋ Minima Lunæ medietas, siue Lunę portio.
♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ Medietas calida respectu cohabitantium.
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ Medietas frigida
♈ ♉ ♊ Quarta calida, & humida, vernalis, puerilis, sanguinea.

♋ ♌ ♍ Quarta calida & ſicca eſtiua, iuuenilis, cholerica.
♎ ♏ ♐ Quarta frigida & ſicca, autumnalis, virilis melancholica.
♑ ♒ ♓ Quarta frigida & humida, hyemalis, ſenilis, phlegmatica.
♍ ♈ ♎ ♒ & ♐ Prima medietas, ſigna pulchra, rationabilia, ac vocem habẽtia, in oriente vigent maxime.
♈ ♍ ♓ hęc alas habentia.
♉ ♑ ♑ ♌ ♐ quadrupedia ſunt (quorum tria priora domeſtica) in meridie vigẽt.
♍ ♑ ♒ In ſeptentrione vigent.
♋ ♏ ♓ prolem habentia, & multorum filiorum ſunt. In occidente eorum vis maior apparet.
♈ ♌ ♍ ſterilia ſunt,
♉ ♑ ♎ ♐ ♑ ♒ paucorum filiorum habentur.
♉ ♑ ♌ ♑ multum luxurioſa ſunt.
♉ ♑ ♌ ♑ & ♐ Pars vltima, mediam vocem habent.
♋ ♏ ♓ voce carentia dicuntur.
♉ ♑ ♈ ♋ ♌ ♍
♓ ♒ ♑ ♐ ♏ ♎ concordantia in itinere dicuntur, aſcendunt etenim pari horarum & minutorum ſpatio ſub gradu quolibet polari, vt inferius hic propria tabella continetur, & quanto temporis ſpatio ſignum quodlibet aſcendit, tanta horarum ac minutorum intercapedine ſignum eidem oppoſitum deſcendit, & econuerſo.

gr.	po	42		43		44		45		46		47		48		lares
Signa		h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	
♉	♓	1	9	1	8	1	6	1	5	1	3	1	1	0	59	1
♈	♒	1	25	1	23	1	22	1	20	1	19	1	17	1	15	
♍	♑	1	54	1	54	1	53	1	52	1	51	1	51	1	50	
♋	♐	2	23	2	24	2	25	2	25	2	26	2	27	2	28	1
♌	♏	2	35	2	36	2	37	2	39	2	41	2	42	2	44	
♍	♎	2	34	2	35	2	37	2	39	2	40	2	42	2	44	2

Habent quoq; ſigna eadem ſignificationem propriam ſuper vnumquodq; clima, ac regionem, & ciuitatem quamlibet, ſub cuius aſcendente primum cœpta ſit ędificari. Inſuper ſecundum Abraham Auenezre clima primum eſt Capricorni & ♒, cuius gubernator eſt Saturnus. Secundũ clima Sagittarij & ♐, cuius gubernator eſt Iupiter. Tertium Scorpij et ♏, ideo Mars idipſum gubernat. Quartum Leonis, ac Solis eſt. Quintum Tauri & ♎, cuius domina Venus eſt. Sextum Geminorum & ♍, atq; Mercurij. Septimum Cancro, ac Lunę ſubeſt. Particularia autem loca, ac ciuitatum, vel prouinciarum nomina ſignis duodecim ſubiecta hac tabella continentur.

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Germania	Heluetia	Aegyptus	Armenia	Damaſcus	Græcia
Anglia	Bononia	Anglię pars	Aegyptus	Boemia	Toletum
Neapolis	Sene	Flandria	Babylonia	Sicilię pars	Pariſius
Florentia	Piſtorium	Pariſiorũ ps	Gallia	Apulię pars	Parentia
Fauentia	Verona	Taurinum	Conſtantino	Praga	Peruſię pars
Imola	Capua	Vercellę	polis	Vlma	Papia
	Salernum	Tridentum	Venetię	Mantua	Nouaria
	Anchona	Regium	Vicentia	Cremona	Comum
	Phanum	Ceſena	Mediolanũ	Rauenna	Aretium
	Xenogallia	Viterbum	Luca	Peruſię pars	Ferraria
	Taruiſium			Roma	Cumę
					Tarentum
					Beneuentũ

Manilius. ☞Heſperiam ſua libra tenet, qua condita Roma
Orbis & imperium retinet diſcrimine rerum.

♎	♏	♐	♑	♒	♓
Auſtria	Scotia	Hiſpania	Bauaria	Saxonia	Luſitania
Aſclauia	Valentia	Dalmatia	Romãdiola	Boemię pars	Hibernia
Italiæ pars	Aquileia	Vngaria	Forum liuĩ	Aethiopia	Normandia
Roma antiq	Vrbs vetus	Buda	Ferrarię ps	India	Alexandria
Auguſta	Camerinũ	Hieruſalem	Mutina	Macedonia	Ratisbona
Laudum	Ariminum	Auinio	Cortona	Vrbinum	Colonia
Placentia	Ceruia	Aſti	Tortona	Conſtantia	Agrip.
Parma	Genua	Firmum	Pratum		Venetię ps
Piſaurum	Brixia				
Gaieta	Crema				
Sueſſa	Padua				
	Ferraria vet?				

Figurationes, ac significationes, & affectus planetarum.

♄ Saturnus sic in similitudinem figuratur, hominis senis incuruati, & falcē habentis, & est humanę naturæ inimicus, vitam destruens, masculinus, maleuolus, infortuna maior, frigidus, & siccus. Ex membris humanis dextram aurē, splenē, vesicā, ex humoribus melancholiam, cum phlegmatis cōmistione, ex coloribus nigredinē habet. Magnitudo corpotis eius est. 91. vicibus tm quātū terra. Quantitas vero orbis & radiorū ipsius ante, & retro accipiēdo, est graduū nouē. Totū zodiacū circuit in annis. 30. fere. Anni maximi eiusdem sunt. 465. maiores. 57. medij. 43. cum dimidio. minores autem. 30.

♃ Iupiter ad denotandum triplex eiusdem fulmen, ita triplici tractatu figuratur. Et est fortuna maior masculinus, diurnus, calidus, & humidus, sanguine⁹. hepati, pulmoni, costis, cartilagini, sanguini, & spermati pēst. Colorē citrinū seu glaucū, & viridē habet. Magnitudo corporis eius est. 95. quātū terra. Quātitas orbis eius, graduum nouem. Cōplet cursum suū in annis. 12. ferme. Anni Iouis maximi sunt. 428. maiores. 79. medij. 45. cū dimidio. minores vero. 12.

♂ Mars belli dominus telo bellico signatur. planeta masculinus, nocturnus, immoderate calidus & siccus, cholericus, infortuna minor. Auri sinistræ, venis, felli, & testiculis prædominans, Cholerā ex humoribus, & rubeū ex coloribus tenet. Magnitudo corporis eius q̄titatē terræ semel cū dimidia & octaua parte tenet. Radij eius gradus octo. Circulationē perficit in annis duobus fere. Martis anni maximi sunt. 264. maiores. 66. medij. 40. & dimidium. minores. 15.

☉ Sol qm̄ Apollinis imago pomū aureū manu tenet, eiusdē similitudine, ac circulari rotunditate characterizatur. Est etiam lumen & cādela cœli, vitam cū ętis naturaliter infundēs. Et est planeta diurnus, masculinus, modetate calidus & siccus. fortuna per aspectū, infortuna per cōiunctionē corporalem. Cerebrū humanū, medullam, neruos, oculū dextrum viri, ac sinistrum mulieris tuetur. Croceum rubeo mistum colorem tenens. Corpus solare terram centies sexagies sexies, & plus parum cōtinet. Radij eius gradus quindecim, zodiacū lustrat dierum spatio 365. & horarum fere sex. Solis anni maximi sunt, 1460. maiores. 120. medij. 69. cum dimidio. minores autem. 19.

♀ Venus duplicia tela gestans aurea. s. & plumbea, ideo dupliçi tractatu recto figuratur. Et est fœminina, nocturna, frigida, & humida temperate, phlegmatica. fortuna minor. Lumbos, renes: nates, ventrem, pectinem, & matricem, atque ex coloribus album declinantem ad viridē tenet. Quātitas eius est pars vna de. 37. terræ, totus orbis eius gradus septem. Cursum suum perficit eiusdē currieuli spatio, quo sol ipse signa duodecim peragrat. Anni Veneris maximi sunt. 151. maiores. 82. medij. 45. minores. 8.

☿ Mercurius galero caput opertum, atque alas pedibus gestans haud dissimili characteris figura designatur. Planeta commistus, masculus cum masculis: fœmineus cum fœmininis, cum calidis calidus, cum humidis humidus, fortuna cum fortunis, maxime laudabili aspectu coniunctus, infortuna cum infortunijs, præsertim eisdem aspectu malo vel corpore applicans. Secundum aliquos femora, vmbilicum, pecten, crura, neruos, & venas regit. iuxta alios (& melius) os, linguam, cogitatiuam, ac memoratiua, manus quoque, & crura possidet. Ex coloribus

autē oē cōmistū, & variū. Magnitudo eius pars vna est de. 32. millibus ꝓtiꝫ terrę. Radij aūt ipsius gradus septē. Cursum vero suū cum Sole, ac Venere cō ficit. Anni Mercurij maximi sunt. 460. maiores. 76. medij. 48. minores. 20.

☽ Luna (quæ vt plurimum cornicularis cernitur) pari, ac semicirculari forma signatur. Fœminina est, nocturna, naturaliter frigida, & humida, parum tamen calefacit, magis humectat. ꝑ quartas suas qualitatē, vt Sol in quartis, & anni tēporibus quatuor cōmutat. Et est delatrix virtutū, & impressionū omniū aliorum planetarū, nā oēs influentiæ per orbē ipsius ad nos vltimo descēdunt. Ex coloribus croceum habet. In homine cerebrū, & in mare sinistrum oculum, in fœmina dextrum, ac vuluam. In vtroꝙ stomachum, ventrē, atq; in omnibus sinistrę partis portionē eligit. Magnitudo lunaris globi est vna pars de. 39. partibus terræ. Radij vero ipsius graduū duodecim sunt. Annus autem siue mensis Lunæ peragratorius ab vno ad eundē zodiaci punctum, iuxta eiusdem medium, & ęqualem motū dierum est. 27. horis. 8. fere. Alias lunaris siue consecutorius mensis dierum. 29. cū dimidio, omissis minutijs, de quibus infra. Anni Lunæ maximi sunt. 520. maiores. 108. medij. 66. & dimidiū. minores vero. 25.

☊ Caput draconis veluti capiti caudam conuertens designatur (quorum vterque ex intersectione linearum duarum Solis. s. ac Lunæ orbium in cœlo describitur) cū bonis bonū est, cū malis malū. In coniunctione nanq; bonorum boni tatē ipsorum adauget, sicuti in malorū coitu malitiam mali exaggerat.

☋ Cauda vero ipsius verso modo signata bonitatem boni, & malitiam mali diminuit. Et ideo bona cum malis, mala autem cum bonis decernitur.

De amicitia, & odio planetarum.

Naturaliter diligentes & odio habentes seinuicem, iuxta antiquorum doctrinā, planetæ hi sunt inferius descripti.

Amici ☌ Iouis omnes præterquam ♂
Veneris quoq; planetæ omnes præter ♄

Amici Saturni ☌ ♃ ☉ ☽
Amica Martis — ♀
Amici Solis ☌ ♃ ♀
Amici Mercurij ☌ ♃ ♀ ♄
Amici Lunæ ☌ ♃ ♀ ♄
Amici Capiti draconis ☌ ♃ ♀
Amici Caudæ draconis ☌ ♄ ♂

Inimici ☍ ♂ ♀ tamen plus
Inimici eiꝰ oēs sunt, magis tñ & ♃ ☉
Inimici ☍ ♂ ☿
Inimici ☍ ☉ ☽ ♂
Inimici ☍ ♂ ☿ ♄
Inimici ☍ ♂ ☉ ☽
Inimici ☍ ♃ ♀

Aliæ etiam sunt species inimicitiæ ratione oppositionis domorum, & exaltationum. Fortior autem planetarum amicitia est quando planetæ cõcordant in natura, qualitate, substantia, & potestate. Quando autem amicus amico associatur augumentatur eorum bonitas, e contra in malis fit. Bonus vero in coniunctione mali malitiam ipsius, non tamen absq; boni detrimento mitigat.

De coitu & aspectibus, seu radiationibus planetarum.

☌ Coniunctio siue congressus luminarium (quæ circulari figura nodo aliqualiter cõnexa figuratur) perfecta, seu partilis exhibetur, cum planeta aliquis in eodẽ gradu alteri planetæ, vel Soli per minuta. 16. ante, aut retro. tã per longitudinẽ, q̃ per latitudinẽ copulatur, & tunc dicitur esse in corde solis, vel eidem vnitus, ab inde vero citra videlicet à gradu vno, ante vel post platica fertur contiũctio, dum. s. iuxta medietatem orbiũ, siue radiorum amborum coeuntium, vel minus, vnus alteri adhæret. Ex quo proprie Solẽ communiter per gradus. 12. combusti à lumine Solis, & per gradus. 15. sub radijs esse dicuntur: & tunc raro vel minime cœlo apparet, ni modo stella aliqua ex fixis fuerit, quæ per gradus totidem in latitudine ab eodem solari corpore elongetur, nam tunc matutina vel vespertina, etiã Soli longitudinaliter vnita apparere poterit, quod in minori etiam latitudine in Luna & Venere nonnunquam fieri inferius demonstrabimus.

⚹ Sextilis, siue hexagona radiatio pari radiorum numero designata, est quum planetæ inter se distant per sextam zodiaci partem, videlicet per gradus. 60. qui est aspectus mediocris dilectionis, et amoris, atq; ideo mediocriter bonus.

□ Quadratus siue tetragonus simili geometrica figura demonstratur. gradus tenet. 90. Aspectus odij, imperfectæ tamen inimiciæ, idcirco mediocriter malꝰ

△ Trinus, siue trigonus haud dissimili charactere designatus tertiam circuli partem: videlicet gradus. 120. amplectitur, perfectæ amicitiæ, & amoris, nusquam in qualitate signorum ab inuicem discrepans.

☍ Oppositio, seu diametralis irradiatio, quæ per circulos parnos inuicem oppositos figuratur, est quum planetæ mutuo sese diametraliter opponunt, per mediam. s. circuli partem, qui sunt gradus. 180. propterea aspectus odij atque apertæ dissensionis, ac perfectæ inimiciciæ.

Applicatio autem dicitur quum per gradus sex iuxta aliquorum sententiam, seu per medietatem radiorũ vtriusque aspicientis, vel corpore coeuntis alteri adhærent. Separatio autem quum corpore, vel aspectu ab vno quoq; prædictorum locorum à gradu vno vsque ad graduum numerum præmissorum diffunguntur. Haly tamen voluit q̃ aspectus non sit plus quàm de tribus gradibus ante. Separationem autem ab vno gradu & ab inde supra, nec minus applicationem iuxta quantitatem orbium planetarum accepit. Tu autem quãto propinquior fuerit corpore, vel aspectu applicatio, minusq; longe separatio, tanto aspectum fortiorem dijudica.

Figura radiationum omnium in Zodiaco.



Schema hoc omne continet radiationis exemplum à quouis Zodiaci signo perceptum. Sic nãque planeta in Ariete Geminos sextili, Cancrum quarto, Leonem trino, ac Libram diametrali aspectu à dextris aspicit. Similiter à sinistris, hoc est contra successionem signorum ♒ ♑ & ♐ eisdem aspectibus retrospicit. Quod non minus de reliquis cœli signis singulariter, atq; exemplariter descriptum apparet. Signum signo, & gradum gradui referendo. Et sinanque Stella quælibet radium suum tam luminis, q̃ virtutis occultæ infinite, atq; orbiculariter vbique diffundit, efficaciora tamen deprehensa sunt loca hæc quatuor, videlicet latus sexanguli, quadrati, trianguli, atque oppositus stellæ status eidem. Quia autem planeta essentialiter in fortuna per aspectum, vel aliter per accidens sæpius fortuna fit, & econuerso: Ideo accidentia eadem breuiter inferius colliguntur.

Fortunia

Fortunia planetarum accidentalia.
Aſpectus △ vel ✱ bonoꝝ vel ſaltem □.
Cadētia malorū ab ipſis. videlicet vt ſint in. 3. 6. 9. & in. 12. ſigno ab eiſdem.
Separatio ab infortunis.
Coniunctio fortunarum.
Vnitio Solis infra. 16. minuta per longitudinem .ſ. & latitudinem.
Solis aſpectus bonus, & laudabilis.
Lunæ aſpectus felix, eadem fortunata.
Curſus velocitas.
Auctio luminis & numeri.
Itē exiſtētia ipſorū in ſuo haym .ſ. in ſua ſimilitudine ſigni, gradus, ac cęli ſitus.
Item in ſignis in quibus poteſtates, dignitates, & gaudia habent.
Item in gradibus lucidis.
Itē exiſtētia in angulis vel ſuccedētibus.
Item planeta receptus.
Aſcendens in circulo ſuæ augis.
Septentrionalis, maxime aſcendens.
Directus vel ſaltem ſtationarius ſtatione ſecunda.
Exiens e radiꝰ Solis.
℄ Fortitudo trium ſuperiorum.
Orientalitas à Sole
Aſpectus eiuſdem △ vel ✱
Exiſtentia ipſorum in quartis & ſignis maſculinis.
℄ Fortitudo Solis.
In quartis maſculinis.
In ſignis maſculinis præterq; in ♎.
℄ Fortitudo inferiorum.
Vt ſint occidentales a Sole.
In ſignis, & quartis femininis.
℄ Fortitudo Lunæ.
Vt ſit in nocte ſuper terram & ecōuerſo.
In loco feminino.
In exaltatione Solis.

Infortunia & debilitates plārꝝ.

Cōiunctio maloꝝ vel oppoſitio, aut □.
Aſpectus maloꝝ, licet bonus, quando .ſ. inter eos & corpus, vel radios mali minus eſt termino planete.
Exiſtētia ī domibus ſeu terminis maloꝝ.
Itē in gradibus Azemena putealibus, fumoſis, & tenebroſis.
Eleuatio maloꝝ ſuper ipſis, qñ. ſ. ſunt in .10. vel. 11. ſigno ab eiſdē, & peiꝰ ſine receptione, vel in angulis cū ipſis.
Coniunctio Solis vltra minuta. 16. vſq; ad gradus. 15.
Oppoſitio vel □ Solis.
Cōiunctio capitis, et caude, vel ēt ſuorū gēhazar īfra. 12. gradꝰ, et luna maxīe.
Obſeſſi a malis abſq; aſpectu bonorū.
Retrogradatio.
Caſus ab angulis.
Curſus tarditas, quādo. ſ. minus medio motu mouentur.
Stationarꝝ ſtatione prima.
Maſculinus in ſigno & gradu ſemininо, & e conuerſo.
Diurnus in die ſub terra, & in nocte ſupra terram, & econuerſo.
Item in oppoſitione domorum & dignitatum ſuarum.
Meridianus deſcendens.
Planeta in via combuſta.
In coniunctione planete retrogradi, ſeu cadentis, ſiue aliter impediri.
Planeta non receptus ab alio.
℄ Præcipua triū ſupioꝝ detrimēta.
Occidentalitas a Sole.
Exiſtētia in ſignis, et quartis femininis.
℄ Debilitas Solis.
In quartis, & ſignis femininis, pręterq; in nona.
℄ Inferiorum debilitas.
Orientalitas a Sole.
Signa & quarta maſculina.
℄ Particularia Lune ſpedimēta.
Duodenaria Lune cum infortunis; vel eidem contraria.
Quando eſt in vltimis gradibus ſignorū videlicet terminis malorum.
Quando non aſpicit domum ſuā, maxime in ♊ abſq; receptione Mercurꝝ.
Exiſtentia ipſius in ſignis & gradibus maſculinis.

¶ De esse circuli accidentali, ac domibus cœli duodecim.

TOtum hoc nostrum supernum, atq; inferius positum hemisphæriũ in partes duodecim (licet diuersimode) æquales tamen secundum quid diuidi dicerni tur, quas domos, ædes, ac domicilia appellant. Cõmunior tamẽ, & rationabilior assertio quatuor cœli quartas horizonte, ac meridiano interceptas in partes ternas iuxta quatuor alios circulos per puncta sectionum amborũ prędictorum circulorum ductos, & sic cœlum totum in duodecim partes æquales in æquatore secat, inæqualia zodiaci interstitia iuxta positionem circulorũ sex distinguentium (coassumptis horizonte, ac meridiano) efficiens. Initium vero diuisionis istius in oriente ab horizonte inferius statuunt, quem horoscopum, vel ascendens vocant eo quòd de inferiori ad superius hemisphærium sese tollit. Hunc etiam cuspidem, cardinem, aut angulum orientis communiter appellant, cui secunda succedit, dein hinc tertia domus subsequitur. Sicq; post angulum quemlibet quartę domus. s. septimæ, ac medij cœli cuspidem, singula succedens, ac reliquæ quatuor cadẽtes domus succedentes ipsas, subsequuntur, q̃ duodecim in totũ numeratim effieiunt.

¶ Quarta igitur pars, quæ est ab ascẽdente grãdu supius. videlicet. 12. 11. ac. 10, domus orientalis dicitur, masculina, puerilis, vernalis quoq;, & sanguinea.

¶ Quarta vero quæ est à gradu decimæ vsq; ad gradum occidentis. videlicet nona, octaua, & septima, meridiana, fœminina, æstiua, iuuenilis, & cholerica.

¶ Quarta alia quæ est ab occidente vsq; ad gradum quarte domus, videlicet, sexta, quinta, & quarta, occidentalis habetur masculina, autumnalis, melancholica, & senilis.

¶ Quarta deniq; quæ est à quarta domo ad ascendens: videlicet tertia, secunda & prima septentrionalis, fœmina, hyemalis, phlegmatica & decrepita.

¶ Ascendens medietas eadem est, q̃ à gradu decimę vsq; ad imum terrę continet.

¶ Descendens, quæ à gradu ipso medij cœli per septimam vsq; ad gradum prædictum mædiæ noctis habetur.

¶ Dextera cœli vocatur, quæ est supra terram videlicet. 12. 11. 10. 9. 8. & 7. domus.

¶ Sinistra cœli quę est sub terra, videlicet prima. 2. 3. 4. 5. & 6. domus.

¶ Dextera ascendentis: est pars cœli, quæ est ab ascendente ad septimã sub terra.

¶ Sinistra ascendentis, quæ est ab ascendente ad septimam supra terram.

¶ Dextera otientis est pars media hemisphærij ab oriente ad occasum per septentrionem.

¶ Sinistra orientis pars est altera itidem supra terram per meridiem ab ascendente vsq; ad angulum occidentis.

Septem sunt loca, meliora, fortiora, & laudabiliora, in quibus planetæ sunt fortiores, Exceptis proprijs significatis domus cuiuslibet, vt decima pro dignitate, & sic de cæteris. nam domus tunc rem ipsam significans omnibus alijs præfertur, veluti etiam dominus eius.

Prima igitur vniuersaliter fortior est decima.
Decima fortior est septima.
Septima fortior est quarta.
Quarta fortior est vndecima.
Vndecima fortior est quinta.

Sexta
Octaua & malæ & infortunatæ
Duodecima

Quinta fortior nona. Nona fortior tertia.
Post ista septima fortior, seu minus debilis est domus tertia.
Tertia prævalet secundæ
Secunda demum prevalet octauæ. In hac. n. dicitur esse magnum infortunium.



¶ De accidentibus planetarum, tum inter se, tum in semetipsis.

PRohibitio in primis est, quæ aspectus prohibet planetarū, & coniunctiones, vel radios ipsorum impedit. Et hoc dupliciter corpore, s. vel aspectu. Corpus enim planetæ aspectum alterius impedit, dum propius planetæ, cę ille qui aspicit fuerit, vel etiam dum pares æque fuerint gradus tam planetæ aspiciētis tertiū, q̄ corpore applicantis. Aliter planetæ radiō, dum propius tertio fuerint tā corporalem coniunctionem, cę aspectum longinquioris impedit.

Receptio planetarū est, qñ planeta iūgit domino domus, in qua est, vel exaltationis, aut aliarū minorū dignitatum essentialium. Et ipse similiter dñium aliqd habeat in p̄dicto loco in quo est. Verū qñ vnus est in dignitatibus alterius, & ecōuerso, melior est & p̄fectior receptio, q̄ eē possit, maxie ex trino, & sextili.

Redditus virtutis dicitur, quando planeta ex domo propria, vel dignitate alia alteri iungitur planetæ cōbusto, aut sub radiis Solis, vel retrogrado existēti. Hic nanq; pp debilitatem suā alteri respicient virtutem reddit dño ipsius, quā retinere nō potuit. Et si ambo fuerint in angulis, vel succedētibus, redditus iste, proficuus erit. Similiter etiam si planeta alteri applicās in angulo fuerit, vtilis erit, licet alter in cadenti sit, dum tamen alterum recipiat. Item dum ille qui reddit virtutem alteri in angulo fuerit, alter vero non, cum proficuo erit illi, non tamen econuerso, nisi cum receptione (vt prædiximus) fiat. Verum si ambo cadentes fuerint, cum detrimento redditus erit.

Translatio luminis, vel naturæ primo fit, quando separatur planeta leuis cursu à ponderoso, dehinc alteri iungatur, tunc primus transferr naturam secundi ad tertium. Item si leuis ponderosiori se, iungatur, & hic alī adhuc ponderosiori se, tunc medius hoc modo naturam primi ad tertium transfert.

Redditus luminis, si quando planetæ duo inter se distantes tertio alicui ambo iūgantur: tunc tertius iste amborum lumē colligit & proīcit ad eosdem, vel etiā ad loca quælibet signorum zodiaci sextilis. s. trini vel quadrati, & diametralis radiationis, quibus in locis planeta alius existens duorum prædictorum lumē recipit, & tunc idem fere est quod translatio.

Pulsatio est, quando aliquis planeta per aspectum iungatur domino signi, exaltationis, triplicitatis, termini, vel faciei signi illius in quo fuerit. Vel si leuis econuerso in aliqua dictarum dignitatum suarum fuerit, & planetam aspiciat nullā habentem dignitatem in loco in quo est. Tunc illle primo naturam mittit ad dominum suīpsius signi. Hic secundo modo propriam leuis naturam ponderosiori, & peregrino mittit.

Refrenatio est quando planeta alteri applicans corpore, vel aspectu, antequam eidem coniungatur, fit retrogradus. In tali casu refrenatur, ne talis coniunctio, vel aspectus compleatur.

Contrarietas fit quando planeta ponderosus in medio est duorum leuiū. Et quādo prior deberet ipsi medio coniungi, cui applicat, econuerso tertius leuis, qui ab eodem elongabatur, per retrogradationem medio copulatur, & transiens illū, alteri etiam priori coniungitur. Et sic dupliciter prioris cōiunctio cum medio non tantum impeditur, sed etiam cum huic secundo congredi debuerit, tertio contrario modo compulatur.

Abscisio luminis eodem fere modo interuenit, quum tertius. s. priorem. & secundum per gradus aliquot in aliud signum transiens per retrogradationem medio huic, nō priori tamen coniungitur. Alio modo etiam si fuerit planeta leuis petens coniunctionē ponderosi. Et hic ponderosioris aspectum, vel congressū ineat, antequam. s. prior ipsi coniungatur, tunc tertius lumen prioris à secundo abscindit, cuiusmodi congressum expectabat.

Frustratio itidem fere secundo hoc modo, quo abscisio luminis fit, quum. s. prior à secundi congressu frustratur, dum secundus hic signum in quo fuerat exiens,

& signū aliud iniens, planetæ tertij radijs copulat, prioris cōgressū postergās.

☾ De his quæ accidunt planetis com Sole & Luna, & primo de combustione.

EX his quæ spectāt planetis quinq; erga luminaria prima est cōiunctio, de qua supra. Hinc est cōbustio, cuius quidē terminus in planeta quolibet p semidiametrū Solis, videlicet gradus septē cū dimidio, & semidiametrū orbis radiorum planetæ cuiusuis aggregatū accipit. & sic in Luna gradus erunt tredecim cū dimidio. In Venere & Mercurio gradus vndecim. In Marte gradus vndecim cum dimidio. In Ioue, & Saturno gradus duodecim. Sic nanq; dum Soli appropīquant p gradus totidē ante, vel retro, pprie cōburi dicunt. Alij tū dātur cōbustionis termini, qbus promissa adimplet planeta quilibet, vel nō in annis maxime vitæ nati, quum fuerit alchocoden. Tres nāq; superiores dū occidentales fuerint per gradus. 15. a Sole, ac postea dū Sol ab eis elōgatus fuerit p gradus decē cōbusti prorsus, dehinc vsq; ad. 15. sub radijs esse dicuntur. Venus & Mercurius dum Soli p gradus septem appropinquāt, donec per gradus quinq; trāseant, cōbusti sunt. infra. 12. sub radijs. Luna per gradus. 12. ante & retro, vel saltem per gradus. 10. postea cōburitur. abinde supra sub radijs solis vsq; ad. 15. permanet. Et hæc cum Venere magis, q̄ planetæ alij à sole comburitur.

Almugea planetę est, vt sit occidentalis à sole, & inter eos tot sint signa, quot sunt inter domum Solis, & planetæ ipsius, vel sit occidentalis à Luna, & sint inter eos tot signa, quot supra.

Orientales dextri tres superiores dicuntur quum noctu ante Solē oriuntur, econtra in die occidunt.

Occidentales sinistri econuerso quum die post Solem oriuntur, noctu occidunt. Et à coniunctione per gradus. 30. vsq; ad. 60. fortificantur in orientalitate sua Et à retrogradatione per gradus totidem postea occidentales fortes fiunt, postea vtrinq; debilitantur.

Inferiores duo q̄ separant à Sole p directionē, & vespere post Solē occidunt, & Luna sitr, occidentales dicuntur. Venus & Mercurius retrogradi post cōiunctionē, at Luna posi oppositionem cum Sole orientalis dici solet.

De his quæ accidunt in semetipsis est vacuitas cursus, quādo. s. separatur ab vno, & uulli iungitur, donec fuerit in illo signo.

Feralis, vel agrestis dicitur q̄ planeta nullus signum aspicit, in quo ipse fuerit.

Peregrinus vbi nullam habet dignitatem. In suo haym, vt masculinus & diurnus in die supra terram, & in signo & gradu etiam masculino, & econtra.

Ascendens in circulo suæ augis, videlicet ī supiori parte, dū p gradus. 90. ipsius augi applicat (quēadmodū in Ephemeri cuiuslibet ppriæ vniuscuiusq; auges describunt) & ab auge itidē p gradus totidē descēdens, minor q̄ lumine, & magnitudine, & cursu dr. Ab opposito vero augis p gradus totidē dū ascendit, ac descendit, maior erit lumine, & magnitudine. Et q̄n mouetur plus medio cursu, vel minus, dicitur auctus, vel diminutus cursu.

Et quando transit nodum intersectionis deferentis cū ecliptica, qui genhazar dicitur, septentrionalis, vel meridionalis ascendens vel descendens fit, quemadmodum in Ephemeri notatur. Quod in Luna per te hoc pacto per propriam tabulā, & canonem agnosces.

Argumenti	Latitudo Sept asc.		Latitudo Sept. asc.		Latitudo Sept.asc.		Latitudo Sept.def.		Latitudo Sept.def.		Latitudo Sept.def.		
	0		1		2		3		4		5		sig
	g.	m.	gr.	m.	gr.	m.	gr.	m.	gr.	m.	gr.	m.	gr.
0	0	0	2	30	4	20	5	0	4	20	2	30	30
1	0	5	2	34	4	22	5	0	4	17	2	25	29
2	0	10	2	39	4	25	5	0	4	14	2	2	28
3	0	16	2	43	4	27	5	0	4	12	2	16	27
4	0	21	2	48	4	30	4	59	4	9	2	21	26
5	0	26	2	52	4	32	4	59	4	6	2	7	25
6	0	31	2	56	4	34	4	58	4	3	2	2	24
7	0	37	3	0	4	36	4	58	3	59	1	57	23
8	0	42	3	4	4	38	4	57	3	56	1	52	22
9	0	47	3	9	4	40	4	56	3	53	1	47	21
10	0	52	3	13	4	42	4	55	3	50	1	42	20
11	0	57	3	17	3	44	4	54	3	46	1	37	19
12	1	2	3	21	4	45	4	53	3	43	1	33	18
13	1	7	3	24	4	47	4	52	3	39	1	28	17
14	1	12	3	28	4	48	4	51	3	36	1	23	16
15	1	18	3	32	4	50	4	50	3	32	1	17	15
16	1	23	3	36	4	51	4	48	3	28	1	12	14
17	1	28	3	39	4	52	4	47	3	24	1	7	13
18	1	33	3	43	4	53	4	45	3	21	1	2	22
19	1	37	3	46	4	54	4	44	3	17	0	57	11
20	1	42	3	50	4	55	4	42	3	13	0	52	10
21	1	47	3	53	4	56	4	40	3	9	0	47	9
22	1	51	3	56	4	57	4	38	3	4	0	42	8
23	1	57	3	59	4	58	4	36	3	0	0	37	7
24	2	2	4	3	4	58	4	34	2	56	0	31	6
25	2	7	4	6	4	59	4	32	2	52	0	26	5
26	2	11	4	9	4	59	4	30	2	48	0	21	4
27	2	16	4	12	5	0	4	27	2	43	0	16	3
28	2	21	4	14	5	0	4	25	2	39	0	10	2
29	2	25	4	17	5	0	4	22	2	34	0	5	1
30	2	30	4	20	5	0	4	20	2	30	0	0	0
sig	11		10		9		8		7		6		Argum
	Latitu. mer.asc.		Latitu. mer.asc.		Latitu. mer.asc.		Latitu. mer.asc.		Latitu. mer.asc.		Latitu. mer.asc.		

Latitudinem Lunæ per præcedẽtem Tabulæ descriptionem venatus signa & gradus, quos caput draconis pertransit, à vero loco Lunæ subducto, signorum numerum vtrolibet ab Ariete numeraliter computando, relictus enim signorum, & graduum numerus (coassumptis signis duodecim, siquando pauciora fuerint signa Lunæ, q̃ capitis ipsius) argumentum latitudinis Lunæ ostendet: per quod, vbi signa sex minime excesserit latitudinem septentrionalem ascendentem, vel descendẽtem, & ab inde supra Meridianam offendes. Signa ergo in fronte tabulæ primum ab vno vsq; adquinque, gradusque ipsos descendentes post signa integra ab vno ad. 30. ab inde vero supra, videlicet a signis. 6. vsq; ad signa. 11. inferius, gradusq; ipsos (si qui fuerint vltra signa eadem) dextrorsum ascendentes perquirito. Sic nanq; in communi tabulæ angulo latitudinem Lunæ per gradus & minuta, ascendentem vel descendentem ad vtranq; poli partem, quæsitam excipies, proportionalem partem (vbi opus fuerit) adhibendo.

De Dignitates planetarum essentiales.

POtestates, ac dignitates planetarũ, gradus quoq; masculinos, ac fœmininos, tenebrosos, lucidos, fumosos, & vacuos, post gradus putei, bonæ fortunæ, atque Azemene. i. debilitatis corporis tabula inferius describenda peculiariter ostendit: pro quorum omnium significationibus iudiciorum, atq; astronomorum paginas explorato, cuiusmodi rei negocium nobis haud quaq; duximus assumendum.

Domus autem planetæ virtutes continet quinq;.
Exaltatio quatuor.
Triplicitas tres.
Terminus duas.
Facies vnam.

Numerum autem summatim virtutum, seu dignitatum planetæ cuiuslibet in toto quouis zodiaci signo extrema tabulæ linea sigillatim comprehendit.

De gradibus lucidis, tenebrosis fumosis, & vacuis.

♈	☿	3	☾	5	☿	8	☾	4	♀	4	☾	5	♀	1
♉	☿	3	☾	4	♀	5	☾	3	♀	5	☾	8	☿	2
♊	☾	4	☿	3	☾	5	♀	4	☾	6	☿	5	♀	3
♋	☾	12	☿	2	♀	4	♂	2	☾	8	♀	2		0
♌	☿	10	♂	10	♀	5	☾	5		0		0		0
♍	☿	5	☾	3	♀	2	☾	6	♂	6	♀	5	☿	3
♎	☾	5	☿	5	☾	8	☿	3	☾	6	♀	3		0
♏	☿	3	☾	5	☾	6	☾	6	♂	2	♀	5	☿	3
♐	☾	9	☿	3	☾	7	♂	4	☾	7		0		0
♑	☿	7	☾	3	♂	5	☾	4	☿	3	♀	3	☿	5
♒	♂	4	☾	5	☿	4	☾	8	♀	4	☾	5		0
♓	☿	6	☾	6	☿	6	☾	4	♀	3	☾	3	☿	2

	Gradus puteales	Gradus azemene	Gradus fortune
♈	6 11 16 23 29	6 7 8 9 10	3 15 27 11
♉	5 12 24 25		
♊	2 12 17 26 30		
♋	12 17 23 26 30	9 10 11 12 13 14 15	1 2 3 4 15
♌	6 13 15 22 23 28	18 27 28	2 5 7 19
♍	8 13 16 21 25		3 14 20
♎	1 7 20 30		3 5 21
♏	9 10 22 23 27	19 29	7 18 20
♐	7 12 15 24 27 30	1 7 8 18 19	13 20
♑	2 7 17 22 24 28	26 27 28 29	12 13 24 20
♒	1 12 17 22 24 29	18 19	7 16 17 20
♓	4 9 24 27 28		13 20 27

De gradibus masculinis & fœmininis.

	M.	F.	M.	F.	M.	F.	M.	F.	
♈	0	7	12	16	22	30	0	0	0
♉	0	7	19	30	0	0	0	0	0
♊	0	17	23	30	0	0	0	0	0
♋	0	2	7	10	12	18	20	27	30
♌	0	5	7	15	26	30	0	0	0
♍	0	7	22	24	30	0	0	0	0
♎	0	5	10	21	28	30	0	0	0
♏	0	4	10	12	19	27	30	0	0
♐	0	2	5	12	23	30	0	0	0
♑	0	8	12	19	30	0	0	0	0
♒	0	9	12	19	30	0	0	0	0
♓	0	10	20	23	30	0	0	0	0

Tabula terminorum & dignitatum.

	terminorum					D.	Ex.	G.	C.	Triplicitates
♈	♃ 6	♀ 6	☿ 8	♂ 5	♄ 5	♂ .n.	☉ 19		♄	☉ ☽ ♃ N ♄
♉	♀ 8	☿ 6	♃ 8	♄ 5	♂ 3	♀ .n.	☽ 3	♀		♀ ☽ ♂
♊	☿ 6	♃ 6	♀ 5	♂ 7	♄ 6	☿ .d.	♌ 3		♉	♄ ☿ ♃
♋	♂ 7	♀ 6	☿ 6	♃ 7	♄ 4	☽ .d.n.	♃ 15		♂	♀ ♂ ☽
♌	♃ 6	♀ 5	♄ 7	☿ 6	♂ 6	☉ .d.n.				☉ ♃ ♄
♍	☿ 7	♀ 10	♃ 4	♂ 7	♄ 2	☿ .n.	☿ 15	☿	♀	♀ ☽ ♂
♎	♄ 6	☿ 8	♃ 7	♀ 7	♂ 2	♀ .d.	♄ 21		☉	♄ ☿ ♃
♏	♂ 7	♀ 4	☿ 8	♃ 5	♄ 6	♂ .d.		♂	☽	♀ ♂ ☽
♐	♃ 12	♀ 5	☿ 4	♄ 5	♂ 4	♃ d.	♉ 3	♃	♌	☉ ♃ ♄
♑	☿ 7	♃ 7	♀ 8	♄ 4	♂ 4	♄ .n.	♂ 28		♃	♀ ☽ ♂
♒	☿ 7	♀ 6	♃ 7	♂ 5	♄ 5	♄ d.		♄	..	♄ ☿ ♃
♓	♀ 12	♃ 4	☿ 3	♂ 9	♄ 2	♃ .n.	♀ 27		☿	♀ ♂ ☽

Tabula dignitatum essentialium per numerum.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	☊
♈	5	5	8	8	3	2	0	0
♉	3	2	5	0	10	3	8	0
♊	5	6	3	1	2	10	0	4
♋	2	6	5	0	6	3	9	0
♌	6	6	3	8	2	2	0	0
♍	2	2	5	1	6	12	3	0
♎	10	6	2	0	7	5	1	0
♏	2	2	11	1	6	2	3	00
♐	6	10	2	3	2	3	1	4
♑	7	3	10	1	3	2	3	00
♒	01	5	1	0	3	6	1	00
♓	3	8	6	0	9	2	3	0

Tractatus de Electionibus

SIcuti in magnarum rerum inceptionibus (vt inquit Albertus in speculo) ex electione laudabilis horæ minime libertas arbitrij coercetur, sed potius electionē horæ contemnere arbitrij præcipitatio, non libertas existimatur. ita neq; in paruis omnino contemnenda censetur, atq; in his maxime, quæ ex naturali elemētorum complexione, ac syderum cursu eueniunt. Vnde medici, qui in ægritudinibus sanandis, ac medicinis dandis, (vt inquit Alexāder de ales. ij. parte summæ quæst. iij. ar. vi.) minime considerant motus corporum supercœlestiū, aut ipsi nescientes, aut aromatarij, non Medici censendi sunt. Obseruare vero tēpus in his quæ mere subsunt libero arbitrio, vel quæ à nulla cœli ratione, vel elementarium rerum complexione, aut nulla temporis qualitate dependent, vanum, & superstitiosum omnino reputatur. vt ea quæ de bisextili anno, vel calendis mensium, ac feriarum, vel etiā de dierum Lunæ numero fatue prædicantur. Homo nanq; duobus regitur principijs (vt idem Albertus in suis mineralibus) natura. s. & voluntate. natura subiecta est syderibus, voluntas autem libera. Propterea (vt p̄diximus) aliquæ sunt operationes, vel effectus pure corporales, q̄ syderib⁹ plane obediūt, tanq̄ secundis causis ad hęc, & ad alia à Deo cōstitutis, vt est sanitas, vel infirmitas, lōga, vel breuis hominū vita. Aliæ sunt operationes mere, ac pure volūtarię, quæ terminos astronomicę potestatis excedunt, vt facere hoc, vel illud bonū, vel malū, vel aliqd ad vtrunq; vertibile. Aliæ sunt partim corporales, p̄tim volūtarię, atq; iō mistę. Vt facer̄ iter, qd̄ primū ad voluntatē hoīs p̄tinet, vel nō facere. Quòd autē ex eo itinere bonū, vel malum corpori eueniat, vt damnū, lucrū, honor, vel dignitas, hoc ex cœlorum influxu dependet. Item quia siquis regē vel aliquē alium aditurus, lętitiæ tēpus obseruat, vt illum petitioni suæ facilē inueniat. Ira (qa constellatio aliqualiter disponit, & inclinat humanū volūtatēad hoc vel aliquid agēdū) in hoc quoq;, et similibus electio horæ laudabilis (vt plurimū) p̄ualebit.

☞Radices & fnndamenta electionnm.

NOn eligas primo, nisi natiuitatē, vel reuolutionē, aut interrogationis horā illius noueris, cui electionē facere intendis: quia forte accipies ascendens inimicū, & cōtrariū radici natiuitatis, vel reuolutiōis, ita q̄ dabis ei p̄ ascēdēte duodeci

mã, octauã, vel sextam suæ radicis, vel forte mouebis ei dãnũ vel malũ, qđ retrahere non poterunt fortunæ, quas ei collegisti, quia forsan illæ fortunæ erũt inimicę, & cõtrariæ suæ radici, siue illa infortuna, ꝙ debilitasti ĩ electione tua forte erit signatrix in radice, te hoc nescięte. Et sic aliqs incipiet iter die infortunato, & malo, & libere lucrabitur. Et alius quidem nauim intrabit die electo, bono, & fortunato, & nunquã reuertet ad locũ suũ, vel aliis impedietur, & rẽ amittet et alius tñ lucrabitur. Et hoc nõ accidit nisi pp discordãtias natiuitatũ suarũ, nec proficit alteri exitus, quẽ fecerũt duo vna die, & hora. Põt igit qs se adiuuare de electionibus, qñ bonitas electionis adiuuat significatores radicis: ꝙ si ñdẽ boni, vel mediocres fuerint, vel saltẽ non multũ dãnati, electio in hoc proficit, & ad bonũ trahit. Quod si modo contrarium fuerit, non apparent electionum effectus. Vꝫ siquis etiam pro suscipiendo filium idoneam ad hoc horam elegerit, & habuerit in natiuitate domum, & significatores filiorum damnatos, priuationem filiorum denotantes, non erit profectus ex hoc in electione laudabilis horæ: quia electio non tãtum valet ꝙ vel retrahere, vel effectum contrarium producere possit illis, quod planetæ in radice natiuitatis significarunt.

¶ Aphorismi in electionibus operum.

QVãdo habueris natiuitatẽ, vel interrogationẽ, vel etiã anni reuolutionẽ; tũc debes aptare domũ, ac significatorẽ natiuitatis vel interrogationis rei ipsi⁹ incipiendæ. Aliter fortunetur domus hora inceptionis rem ipsam significans, ac dominus eius, & similiter eiusdem rei significator.

¶ Aptetur etiam Ascendens dominus Ascendentis, & dominus domus ipsius. Et sit ascendẽs de natura simili & cõueniẽti in qualitate & rõne rei incipiẽdæ, vt signa mobilia pro itinere, terrea: vel fixa pro plantationibus, & seminũ iactu, aiq; pro litibus, Martis signa, vel pro igne, ignea et cætera. ꝙ si dominus ascẽdẽtis fuerit infortuna ponas eum aspicientem: Ascendens de trino vel sextili.

¶ Aptetur Luna primum, quia participationẽ habet in re oĩ, necnon dñs domus eius. Quæ (vt plurimum) abhorrenda est in ascendente ſm Haly.

Aptetur Sol sicut rex, qui (nisi sit in Leone, vel ariete) in ascendente, vel in domo rei malus est.

¶ Item planeta rem naturaliter significans, vt Venus nuptias, Iuppiter substantiam, & similiter de alĩs.

¶ Itẽ locus coniunctionis, vel præuẽtionis præcedentis electionem, & dñs eius.

¶ Decima domus sĩr, necnõ dñs eius, & quartæ, qui finẽ rei attẽdit: dum tñ quartam domũ aspicit: aliter nõ significat finẽ rei, sed dominus domus Lunæ, si Lunã aspexerit. sin aliter, planeta, cui primum iungitur Luna post hũc dñs domus partis fortunæ, si hãc aspexerit. sin autem remanet significatio Lunæ, & domino domus eius principaliter, vel quarto à Luna signo, vbi tunc fuerit, & secundum aliquos domino quarti signi à loco partis fortunæ.

¶ Et si prædicta oĩa adaptare non poteris, quæ potes fortifica, & ad miuns apta significatorẽ rei, Ascendens, ascendentis dñm, & Lunam. ꝙ si fuerit infortunata, fac eam cadere ab ascẽdẽte, & planetã impedientem Lunam pone dñm primæ, quia prima non impedit semetipsam, & sit ipse liber ab infortunis. Etsi nõ potest pont dominus primæ, ponatur in. 10ª. vel. 11ª. vel, 5ª. ꝙ si reciperet Lunã, frangeretur tota eiusdẽ malitia, similiter pone Iouem, aut Venerẽ in Ascendẽte, vel

decimā, aptādo saltem dominum horæ, quia erit aliquod iuuamentum in re tua.
Caue in oībus ne sit dñs ascēdētis retrogradus, nā licet oēs alī significatores sint boni, non tamen adimplebitur res, nisi cum maximo labore.
Caue ēt ne luminaria sint in cōiunctione, vel oppōne, maxime cū capite, vel cauda, nec horum alterū sit in prima, vel in loco rei, neq; cum parte rei.
Caue etiam præ omnibus ne sit ascēdens electionis sexta, vel octaua, vel duodecima natiuitatis, vel qnæstionis.
Caueas insup quantū poterit ne sint infortunæ in ascēdēte, aut in aliquo angulorum, & maxime si fuerint dñi malorum locorum videlicet. 6. 8. ac. 12. domus.
Cauendum est etiam ne sit stella de natura malorum in ascendente, vel medio cœli, neue Luna sit in. 2. domo. 6. 8. vel. 12.
Insup nec ponas parētē fortunę cadētē in aliquo initio, vel facto, nec remotam ab aspectibus, vel coniunctione Lunę, nō curādo in hoc de aspectu domini partis eiusdem. Quòd si dominū ascendentis cū parte eadē coniunctum, vel in aspectu eiusdem exhibueris, magnam in re tua vtilitatem augebis.

Electiones in initijs rerum ex aspectibus Lunæ ad planetas ex Ioāne Monteregio.

SAturni ☌ cum ☽ in omnibus operibus dies euitandus, in primisq; cum senibus, villicis, & agricultoribus.
Saturni ✶ & △ cum ☽ senibus, & cōsulibus iūgere, terram cole, funda castra, extrue ædificia, vineas & hortos planta, ruinosa erige.
Saturni □ & ☍ cum ☽ senibus non occurras, terram non coles, nō plātabis, iter non facies, desiderium differ præcipue si malum fuerit.
Iouis ☌ cum ☽ ✶ vel △ cum iudicibus, nobilibus, & ecclesiasticis conuersare, & ab his quidquid volueris pete, omniaq; opera bona sine vllo timore incipias, quod non minus de □ & ☍ dictum puta, diminute tamen.
Martis ☌ cum ☽ □ vel ☍ milites, ac strenuos viros euitabis, cōtentiones fugias, nihilq; penitus incipias.
Martis ✶ vel △ cum ☽ duc exercitus ad bella, ducibus, & regibus congredere, principes alloquere, ignem pro alchimia accende, equos bellādi causa eme.
Solis ☌ cū ☽ res occultas, & cōsilia secreta pfice, q̄ scirī nolueris. ī reliqs eutāda ē.
Solis ✶ cum ☽ vel △ regibus, principibus, consulibus, & sapientibus obuiā fias, & ab his, quod desideras postula, ius pete, amicitias principum ineas.
Solis ☍ vel □ cum ☽ à prædictis omnibus caueas.
Veneris ☌ cū ☽ duc vxorē, comę ornent, elegantia vestimēta in due, cū muliere concube. quod de ✶ ac △ vehemētius, de □ & ☍ remissius dictū intelligas.
Mercurī ☌ cū ☽ vel quocūq; alio ipsorū aspectu expone scripturas, dic cās, calculū & rōes facito, mercaī, eme, vñ, nūtios, legatos, et oratores mitte. iter accipe.
Hic aduertendū est, ꝙ Luna cū in signo mobili fuerit, optimū est res inchoare, quarū finē in proximo quæris. Et cū in signo fixo fuerit, res lōgo tempore durature incipe. Et cum in signis communibus fuerit res nō diu duraturas agito.
Si Luna stellis fixis fortunatis coierit, aspectus fortunatus fiet, & econuerso.
Luna capiti draconis coniuncta fortunata est. cum cauda infortunata.
Caput bonis bonitatem, malis malitiam adauget. Cauda cum eisdem coniūcta vtranque, bonitatem, ſ. vel malitiam minuit.

☾ Mansiones Lunæ.

VNiuersorum fere Astrologorum cœtus Māsiones Lunæ. 28. per signa. 12. distribuere, cum pro mutatione aeris, tum pro inchoatione operum opportunas, ac scitu dignas, ob stellarum fixarum influentias locis ipsis signiferi varios rerum effectus inducentes. Quæ licet alias in octaua sphæra à capite Arietis inchoentur, iuxta tamen superioris orbis sirum (sub quo stellarum motus computari solent) ex quo ad motum augium, & stellarum fixarum variabiles existunt, easdem nunc à. 20. Arietis gradu immobilium signorū, ac plus parum auspicari decernimus, quæ paulo ante per annos aliquot à gradu. 19. m. 56. per Gauricum vatem, ac prius per Ioannem Monteregieñ. siue etiam Ioannem Stoeflerinum à gradu eodem. 19. atq; mi. 26. rite computabantur. Mansio autem quælibet prædictarum gradus. 12. minuta. 51. & parum plus cōtinet. Vniuersalia vero singula hæc significata iuxta Lunæ fortitudinem, vel aliorum etiam significatorum plus, & minus prospecta influendi potestate modifica.

māsiones		G.	m.		
1	♈	20	6	Temperata	Arripe iter, sume medicinam, præcipnæ laxatiuam.
2	♉	2	57	Sicca	Fac iter per aquam, fere, planta, à purgationibus caue
3	♉	15	49	Humida	Mercare, eme bestias. nauigare autem & societatem facere, malum.
4	♉	28	40	Hūi. frigi. tpata	Planta, semina, congiugium fuge, nauem ne ascendas.
5	♊	11	32	Sicca	Perfice iter, fac coniugium, medicare, mercare, pueros præceptoribus trade.
6	♊	24	23	Temperata	Ad bellum, & duces accedito, nihil autem boni penitus inchoato.
7	♋	7	15	Humida	Semina, ara, iter non arripe, ni forte in mari, aut flumine.
8	♋	20	6	nubilosa tēperate	Summe medicinam, fac iter per aquam, & terram etiā secundum aliquos.
9	♌	2	57	Sicca	Nauigationem iuxta aliquos inire bonum est. In reliquis mala.
10	♌	15	49	Humida	Pro coniugio, alias pro plantationibus, ac fundationibus idonea visa est, itineribus mala.
11	♌	28	40	Tpa. magis tñ fr.	Semina, planta, proficiscere, medicinas laxatiuas fugito.
12	♍	11	31	Humida	Aedifica, fere, planta. nauigare autem & alia plurima indifferenter euitabis.

Lunæ

Mē.	G.	m.		
13	♍ 24	23	Tempe-rata	Iter facere, ſerere, vel arare, nuptias celebrare, legationes obire, ac reges petere bonum eſt.
14	♎ 7	14	Tempe-rata	Iter fuge, ac coniugium viduæ mulieris. Aliàs planta, ſemina, & medica.
15	♎ 20	6	Humi-da	Puteos, vel arua fouere bonum eſt, non autem iter facere, vel nuptias celebrare.
16	♏ 2	57	Frigida humida	Non itineratio, non medicabere: quoniam vtique mala eſt.
17	♏ 15	49	Humi-da	Vxorem viduam ducere, & amicos quærere, beſtias emẽ, nõ tñ cõtractꝰ, neq; nauigationẽ inire bonũ.
18	♏ 28	40	Sicca	Aedifica, ſere, planta, eme terras, nauiga. connubium autem & ſodalitatem fuge.
19	♐ 11	32	Humi-da	Litigare, & obſidere vrbes, & hoſtes. Item ſerere, plantare, & iter facere vtile eſt.
20	♐ 24	23	Humi-da	Eme beſtias, venare, vxorem tamen non ducas.
21	♑ 7	15	Tempe-rata	Ad reges accedere, ædificia fundare, terras emere, ſemina facere, nuptias autem celebrare non idoneum.
22	♑ 20	6	Humi-da	Medicare, nauiga, vxorem autem ne duxeris.
23	♒ 2	57	Tempe-rata	Medicaminibus atq; itineribus apta, cõiugium tamẽ, ac dſpoſitum facere vitabis.
24	♒ 15	49	Tempe-rata	Ducere exercitum ad bella, medicinam exhibere, non autem peregrinari, nubere, vel ſerere idoneum.
25	♒ 28	40	Sicca	Proficiſci meridiẽ, vel occidentẽ verſus pro rixis maxime, & litibus, fundare etiã, ac nubere propeſt.
26	♓ 11	32	Sicca	Pro ſumendis medicaminibus vtilis eſt, in reliquis mala prorſus.
27	♓ 24	23	Humi-da	Pro pharmacis exhibendis, pro merce, & coniugio laudabilis. pro mutuo, ac nauigio mala omnino.
28	♈ 7	15	Tempe-rata	Mercari, ſemina proijcere, coniugium celebrare, medicaminibus vti prodeſt, nauigare autem ac deponere poſſeſſionem.
Iun.				

¶ Electio primæ domus in ſanguinis emiſsione.

PHlebotomię tps vnũ eſt neceſsitatis, ex quo expectãr diẽ & horã electũ ex nimia forſan tpis mora piculoſum eſt. alterũ electionis eſt, dũ nõ tm minutiõis ipſius tpis ſtat, quin expectãr diẽ, & horã electã ẽt q̃ matutinũ tps, & digeſtionẽ cõpletã exgrit. Tu ☽ añ oĩa ad diẽ p̃ icisſione veng electũ cõſtrue cœleſtẽ figurã,

in qua collocabis Lunam, & dominum ascendentis in signis igneis, aut aereis præter ♊ fortunatos, id est à maleuolis Saturni. s. & Martis ♂ □ aut ☍ aspectu nequaquam affectos. Lunam præterea, & dominum ascendentis per signa, in quibus dignitatem habent, decurrere faustum est. Constituę etiam bonam fortunā in cœli medio, aut aspicientem Lunam, vel dominum orientis. Cauebis præcipue ne dominus octauæ domus cum Luna, aut domino ascendentis cōmisceatur, quē etiam ab angulis reijcere laudabile est. Fuge quo ad fieri potest ne Luna sit in ascēdente, & ne ipsa, aut dominus ascendentis domicilium quartū, aut octauum possideat. Tandem in his fuge Martem, & abhoresce Saturnum, Lunamq; cum Ioue præcipue, ac Sole Venere, & Mercurio in signis idoneis, ipsorumq; felicibus radiationibus affectam (vt infra) decurrentem obserua.

☾Quadraturæ Lunæ pro ætate hominum in sanguinis diminutione eligendæ.

A coniunctione in quadraturam primam luna apta est iuuenibus.
A prima quarta vsq; in oppositionem electa iuuenibus, & virilibus.
Ab oppositione in secundam quadraturam bona virilibus, & senibus.
A secunda quarta vsq; ad coitum idonea est senibus.

☾Signa idonea iuxta complexionem hominum.

Phlegmaticis prosunt signa hæc ignea { Aries præter cephalicam, & venas capitis. / Sagittarius præter coxas.

Melancholicis hæc aerea signa { Libra, prima medietas, præter nates. / Aquarius præter tibias, & crura.

Cholericis signa aquea { Cancer præter pulmaticam, & venas pectoris. / Scorpij secunda medietas præter verenda. / Pisces præter pedes, aut zophenas.

Sanguineis bona & mediocria signa quælibet apta sunt.
Gemini vero Leo, Libræ vltima medietas, primiq; 12. gradus ♏ necnon signa terrea, videlicet ♉ ♍ ♑ minutionem sanguinis prohibent.

Aspectus ☽ ad planetas sanguinis emissionem prohibentes.

Coniunctio lunæ cum { Sole prohibet per duos ferè dies ante & post. / Saturno, Marte impedit per diem vnum ante & post perfectum. / Capite, Cauda draconis secundum aliquos prohibet. draconis impedit per diem ante & post.

Quartus ☽ cum { Sole, Saturno, Marte prohibet per horas 12. ante & post.

Oppositio ☽ cum { Saturno, Sole, Marte impedit per diem ante & post.

Aſpectus Lunæ ad planetas ſanguinis deiectionem promouentes.

Coiunt. ☽ cum { Ioue, Venere } bona eſt. iuxta tamẽ aliquos (vt in pharmacis) illaudata. laudabilis eſt pro ſanguine emittendo, ♀ non combuſta.

Sextilis ☽ cum { Ioue, Venere, Sole } optime conducit.

Sextilis ☽ cum { Saturno, Marte } non impedit.

Trinus ☽ cum { Ioue, Venere } felicißimus

Trinus ☽ cum { Sole } optimus.

Trinus ☽ cum { Saturno, Marte } indifferens.

Oppoſitio ☽ cum { Ioue, Venere } bona

Coitus etiam ☽ cũ ☿ nõ cõbuſto ✶ quo☿ □ & ♂ vtilis eſt, ꝓ ſanguis emiſſiõe.
Præcaue tamen ne membrum aliquod ferro aut igne tangas, dum Luna, vel dominus aſcendentis in ſigno fuerit cuius eſt membrum illud.

Electio pro pharmacis, vel purgatorijs, aut laxatiuis medicaminibus ſumendis.

TEmpora vſui medicinæ electa (præſuppoſito congruenti exhibitionis tempore veris, vel autumni magis ☿ æſtatis, & hyemis, excluſis etiam frigidiſſimis, calidiſſimisq; diebus iuxta Medicorum normam, vtante canis vtriuſque exortum, vel per dies aliquot poſtea, ſiue etiam circa ipſius matutinum occubitum, quando moleſtæ ſunt purgationes, & medicamentorum vſus) in primis iuxta Aſtrologorum normam per motum Lunæ in ſignis maxime aquaticis exploranda ſunt, videlicet Cancer, Scorpio, & Piſces, adhibitis planetarum radiationibus virtutem corporis expulſiuam principaliter corroborantibus, vt hic infra videlicet.

☽ per cancrũ in aſpectu trino, vel ſextili decurrente cum
- Venere confortatur virtus expulſiua pro cholera euacuanda.
- Sole aut Marte adiuuatur expulſiua virtus, pro phlegmate euacuando.
- Ioue adiuuatur expulſiua pro melancholia purganda.

cum electuario.

Venere

☽ in Scorpione in trino vel sextili cum	Venere cõfortatur expulsiua pro cholera euacuanda.	cum potione.
	Sole aut Marte adiuuatur expulsiua pro phlegmate euacuando.	
	Ioue expulsiua pro melancholia purganda.	
☽ in signo piscium in trino, aut sextili cũ	Venere confortatur solutiua virtus pro cholera euacuanda.	cum pilulis
	Sole aut Marte adiuuatur expulsiua pro phlegmate euacuando.	
	Ioue iuuatur expulsiua pro melancholia purganda.	

Luna etenim in prędictis signis(vel vbi aliquod saltem ex eis ascendens aspiciat) ac etiam in vltima medietate Libræ,& Aquario existens(minus tñ)expulsiuam adiuuat,quãdo.s.Solis,Martis,aut Veneris felicibus radijs illustratur.quæ si fuerit cursu vacua in signis ipsis, mediocriter aget, fortius tamen planetis præmissis in forti ex cœlestibus domicilio collocatis, vel eisdem electionis horæ dominantibus,ac signa in quibus dignitatem habent peragrantibus.
Cauendum est tamen præcipue ne Luna ruminantia signa decurrat, quæ sunt Aries, Taurus,& Capricornus.nec sit ascendens Leo, ne ue Luna applicet aut per corpus, aut per aspectum planetæ retrogrado, quia infirmus facile medicinam euomet,aut alias læsiones incurret.
Fuge aspectũ Lunæ ad ambo infortunia Saturni maxime, etiã △ vel ✳(ni secus natiuitati pręfuerint)coniunctionem vero amborũ □ vel ☍ penitus abhorrebis. simile planetarum dominium in horis diei(ni radicitus influerent)euitando.
Cauendũ est etiã ne Iouis stella Lunæ corporaliter iungatur, quia iuxta sapientũ dicta,naturã hominis fortificando,medicinæ operationẽ, & effectum prohibet.

¶Electio medicaminis per signa cœli in membris humani corporis.Et est commune etiam & generale ad prædicta.

SIcut se habent planetæ in humoribus nostri corporis euacuãdis,quorũ fortitudo euitanda est in humore sibi simili, vt in colera Mars, quæ per Venerẽ euacuatur,& in melancholia Saturnus,quę per Iouis influentiã calidi,& humidi euanescit,econtra de signis quibuslibet humani corporis dominantibus cõtrariũ obseruatur.nam si infirmitas in capite fuerit, Aries,qui respicit caput,in prima domo liber ab infortunis, vel Luna in eodem signo aptetur(quod tñ per pharmacri, vel vnctionis modum,non chirurgice cũ ferro,vel igne dictum intelligas)similiter Mars dominus signi eiusdẽ fortunetur. Inquit insuper Messahala. Aspice in quo loco corporis sit infirmitas. & si fuerit in capite,gula, humeris, brachijs,aut manibus,incipies operari Luna existente in Ariete,Tauro,vel Geminis,quę est pars superior corporis,& si fuerit in pectore dorso, vel ventre vel vmbilico,curabeam cum Luna fuerit in Cancro Leone, seu Virgine,quæ est pars in medio corporis.& sic de alijs partibus corporis. Quod si infirmitas erit in toto corpore,pone horoscopum signũ Libræ,quod sit fortunatũ sine infectione malorũ.& simili-

ter dominus eius videlicet Venus. Sed si curare volueris antiquã ægritudinem, fac ꝙ Luna sit in Tauro, vel in eiusdem triplicitate. In recentibus autem morbis eligatur Cancer, Scorpio, & Pisces præsertim. Adhuc omnis ęgritudo, quæ fuerit à capite vsq; ad pectinem curatur, Luna vertente ab angulo terræ vsq; ad medium cœli. sed si fuerit à pectine vsque ad pedes, curam hanc elige Luna existente à medio cœli vsque ad angulum terræ. In omnibus istis sit Luna aucta numero (si fieri potest) iunctaq; fortunis. Vel saltem Iouem pone in sexta.

Cauendum est in omni cura ne Luna sit in oppositione domini sextę, vel octauę, etiam si fuerit fortuna. ꝙ si fuerit in eiusdem sextili, vel trino, non vitiat. similiter octauę dominus ab angulis penitus, & significatorũ aspectibus reñciatur.

Caue etiam in omni morbo, ne Luna sit in horoscopo, nec etiam domiciliũ quartum, vel octauum possideat.

Item si splen purgare volueris, videas ne Saturnus in cœlo fortis sit, sed purgabis hora Iouis, hunc ipsum fortunando, & fortificãdo in hora electionis ꝓponẽdę.

Similiter Hepar ne purgabis hora Iouis, ipso fortificato in cœlo, sed sub dominio Saturni.

Cor etiam, ne purgabis hora Solis laxatiuo, vel purgatiuo medicamine. dare autem cordialem, vel confortatiuam, bonum est cum Sol fuerit in decima, vel horoscopo, maxime ascendente signo Leonis.

Pulmonem in hora Mercurñ, Fel et renes hora Martis, testiculos hora Veneris, demum cerebrũ ipsum hora Lunę nequaq; purgabis, sed sub dominio cõtrariorum planetarũ in qualitatibus euacuabis, ascendente tñ signo membro illi symbolum, vel virtutem influente, vel Luna fortunata signum ipsum possidente.

Si volueris virtutes reliquas humani corporis (absoluta expulsiua) adiuuat, veluti atractiuam, quę per Solem viget in caliditate, & siccitate, Fiat hoc Luna existente in signo igneo, vt ♈ & ♐ excepto ♌.

Si digestiuam, quam ♍ gubernat, in signis aereis ♊ ♎ ♒ accipiendo solummodo primam Librę medietatem.

Si retentiuam quam ♄ gubernat, Luna sit in ♉ aut ♑.

Quod si Lunam in talibus signis expectare non potes, signum pone in horoscopo ex prędictis, virtuti illi, quam corroborare desideras, opportunum, similẽ huic quoq; planetam ex prędictis in forti cœli loco collocando.

✱ ☾ In electione itinerum per terram non pertinentium ad bella.

CONuenit vnicuiq; homini ne incipiat iter proficuum sibi, nisi secundum natiuitatem, & secundum reuolutionem anni sui, vel secundum ascendens quæstionis suę, si non habuerit horam natiuitatis suę, licet alias electio bona, & laudabilis non noceat sibi. Et secundum hoc apta Lunam, & ascendens, tertium quoq; signum radicis illius, & eorum omnium dominos. Et si iter fuerit ad regem, pone decimam natiuitatis ascendens, & si fuerit pro mercantia pone secundam radicis ascendens hora exitus sui ad iter faciendum. Et sic de singulis. Aliter si fuerit iter tuum per terram, pone signum terreum mobile vel commune in horoscopo, dum non poteris iter tuum differre, ad minus fortunando Lunam, & dominum horę, & pone eandem in. 10. vel. 5. Et sit crescens lumine, & numero, & ab infortunis libera aspiciens ascendens, vel dominum eius. Et caue ne sit Luna in domo prima secunda quarta sexta nec in duodecima.

Item Mercurius sit euasus à combustione, & ab infortunis liber maxime in itine ribus pro vendendo vel emendo merces.

Item dominus ascendentis non sit cõbustus, nec retrogradus, nec infortunatus, sed in bono figurę loco. Et sit in ascendente fortuna vel in aliquo angulorum.

Item caue à coniunctione malorum □ & ☍ ad Lunam, quia plus eidē nocumenti afferunt, q̃ si ascendens aspiciant, quia Luna proprie significationem habet super omne rei cuiusꝙ initium, maxime in itineribus.

Nec malum tamen tantum facit Saturnus itinerantibus per terram, q̃ qui per aquam ambulant, nec Mars per aquam quantum per terram. quin Saturnus fortunatus ex laudabili aspectu ad Lunam itinerantibus per terram proficit, sicuti nec Mars per aquam damnificat.

Differendū est iter, quandiu Luna fuerit in vltima, vel etiã in secūda facie Libræ.

Luna in signo bono, vel mediocri coniuncta Ioui, vel Veneri per corpus vel per △ aut ✶ melius est q̃ possit esse.

Aliter fac eam cadere ab ascendente (dum infortunata fuerit) ascendens vero & dominum ipsius, dominum horæ, ac planetã significantem rem illam, pro qua vadit viator, præ omnibus fortunandos elige.

Et scias ꝙ Ascendens est significator loci, a quo separatur, qui facit iter. & septima est significatrix terræ, ad quam vadit, decima vię, vel itineris. Et quarta significatrix est itineris in reditu ad domum. vnde quis istorum locorum melioratus fuerit, bonitatem significat secundum significationem sui ipsius. Et quis eorum damnatus fuerit, damnum in suo significato indicat.

¶ In itineribus particularibus & primo ad regem.

SI volueris ire ad regem, vel ducem, aut principem, iungatur Luna Soli, vel saltem dño decimę de trino, vel sextili aspectu, & si fuerit cum receptione, melius erit, sitꝙ Sol in bono loco. s. in primo, vel decimo, vel vndecimo, quod si fuerit cadens, nullum habebis bonum. Et si fuerit in septima vel quinta, vel in quarta, significat modicum boni, vel cum magno, & longo labore.

Caue in hoc ne ponas Lunam in Aquario, vel in signo Pisciū. Alias cum rege moraturus, qualecunqꝙ cõueniens ascendens elegeris, pone Iouē in eo, & fac eum iungi cum dño decimę ex trino, vel sextili aspectu, vel etiã ex quarto cum receptione, vel saltē pone Iouē in nona, qui vtrolibet sit saluus, & liber ab infortunis. Et vitabis enim ponere ī quarta domo. Et aspiciat ipsum Luna de decimo, si fuerit Iuppiter in primo, vel de septimo, si idē fuerit in nono. nec sint tamē in sexto, vel duodecimo abinuicē signo. Et si nō poteris hoc facere, testificet Venus Ioui de primo, septimo, decimo, vel quarto, cum receptione, vel sine, vel a sexto, vel tertio cum receptione. Caue a ♄ & ♂ ne sint in aliquo angulorū, & ne Luna sit impedita à malis, vel à combustione, vel cum cauda draconis.

Quòd si iter fuerit ad Antistites, religiosos, nobiles, iudices, vel legum doctores, pone Lunam iunctam Ioui per corpus, vel per aspectum △ vel ✶ vel saltē per □ cum receptione ex aliquo angulorum vel alio bono loco ab Ascendente.

Et si volueris ad alias personas iter arripere. pro sentibus, ignobilibus, vel austeris hoīsbus elige Saturnū. pro prępositis armorū Martem, cauendo ab ipsorū coniunctione, vel □ aut ♂ ad Lunam. Et sint in succedentibus angulorū liberi ab infortunijs. Et planeta cui primū iungit Luna sit saluus ab omni impedimēto,

quia quando planeta cui applicat Luna, vel qui aſpicit aſcendens (maxime ſi fuerit dominus ſeptimæ) infortunatus, retrogradus, vel tardi motus fuerit, ſignificat duritiam, & pœnam ex illo itinere. Pro muliere autem apta Venerem, quæ maſculinum ſignum cum applicatione ipſius ad Lunam poſſideat, Prædictis quoq; modis omnibus pro ſcriptoribus, & mercatoribus, aut ſapientibus viris applices Lunam Mercurio.

¶ In itineribus per aquam.

SCito q̃ radices itinerum per aquam iuxta Abenragelem ſunt quinq;. quarum prima eſt Aſcendens, ſub quo incepta fuit nauis illa. Secunda hora qua emitur nauis. Tertia eſt hora, qua ponitur in aquam. & iſta eſt fortis radix. Quarta hora qua intrat homo nauim. Quinta radix multum fortis eſt, quando mouetur nauis in itinere primum. Et hæ omnes radices obſeruandæ ſunt. Maxime autem ne moueatur à littore nauis illa in hora Saturni: Et ne Luna Scorpĩ ſignum decurrat, & præcipue etiam à præmiſſis Lunæ impedimentis, & alĩs de quibus ſupra precauendum erit.

¶ Electio in his quæ opere alchimico, vel alias per alembicum, & ignem fiunt.

ASpice in hoc vt ſit Luna in ſignis cõmunibus, ſalua ab infortunis, & aſcendẽs ſimiliter ſit ſignũ cõmune, & eius dominus liber ſit ab omnibus impedimentis. Et apta, & conforta planetam ſignificantẽ materiam illam, quam operari volueris, ſub dominio etiam horæ ipſius, vt Saturnum pro plumbo, & horam Saturni. Solem pro auro, & horam ipſius, Lunam pro argento. & ſic de ſingulis.

¶ Electio in plantandis arboribus.

PLantaturus arbores, vel vineas, elige pro aſcendente ſigna fixa, potiſſime autem Lunam Taurum cum Venere decurrentem, vel ab eadem aſpectu aliquo affectam. Et ſi non poteris habere Lunam in Tauro, pone eam in Aquario, Et ſi nõ in Aquario, in Leone, dummodo in hoc ab aliquo planeta de ſigno aquatico ex aſpectu aliquo aſpiciatur. demum poſt Leonẽ in ſigno Piſcium, vel Virginis Lunam ipſam ſtatuas. ſed omnibus alĩs præferendus eſt Taurus, poſtea Aquarius, & ſic de reliquis vt ſupra. Saturni ſydus in prima ſit directus, vel vndecima, quinta, vel ſecunda in aliqua dignitatum ipſius. Et ſi non poteris eum ponere in prima domo, pone ibi Iouem aſpicientem Saturnum vel vbicunq; fuerit Iuppiter, fac eum aſpicere Saturnum aſpectu amicitiæ, & ſit ille in loco, in quo habeat poteſtatem aliquam. Et ſi neuter illorum poterit poni in primo, pone ibi Lunam, vel pone eam in decima, vel vndecima, vel ſaltem in quinta, vel tertia. Et nunquam ponas eam impeditam in plantationibus, vel ſeminationibus. Et quod modo dictum fuit de ſignis fixis eum reliquis, id etiam de aſcendenti hora plantationis, vel foueæ ipſius excauatione accommodandum curabis. Item dominum domus Lunę, partem fortunæ, & domum exaltationis aſcendentis ſigni, magis quam dominum domus, ſi potes, fortificare non obliuiſcaris. Et caue ne des Marti partem aliquam in prædictis, neq; in ſeminum iactu, & fac Lunam cadere ab eodem. Item optimum erit, ſi dominus domus Lunæ aſpiciat eam ex ſigno aquatico. Et ſi non fuerit aſcendens ſignum fixum, ſint dominus aſcendentis, & Luna orientales, & aſcendentes ad augem ſuam, vel ſaltem alter eorum: quia cito creſcet arbor illa. Si vero fuerint aſcendentes ad longitudinem longio-

rem,& non fuerint orientales,licet cito crescet,sero tamen fructificabit. Quòd si econtra planetis eidem acciderit,vtrumlibet scilicet vel alterum eorum, contrario modo eueniet. Et si prædicta singula adaptare non poteris,nec signa fixa significatoribus exhibere,signa communia adhibe,Lunam ad minus in Tauro, vel in vltima parte Sagittarij cum Ioue, præterquam in opposito eiusdem, liberam,& non impeditam in bono,ac forti thematis situ collocabis. ℘ nec minus hoc in Ioue,vel etiam parte fortunæ(si potes)obseruari consulitur.

¶Horam eligere in seminum iactu,quę eodem anno, vel sequenti fructificare intendimus.

PRæ omnibus Ascendens sit mobile,vel commune signum ad minus,et dominus ascendentis,& Luna similiter in signo mobili,vel cõmuni,terreo, vel sementum,quæ si fuerit in Ariete, oportet eandem aspici à planeta Ioue maxime, vel Venere signum aquaticum possidente. Cancer ex prædictis,Capricornus,et Virgo probatur,ac etiam vltima medieras Sagittarij,et Pisces etiam laudantur. Sit tamen Luna aucta lumine,& numero,quia aliter minuetur illud semen. Et sit libera à malis,& dominus ascendentis similiter,& dominus domus eius. Vltimo si non potes adaptare omnia, pone Lunam in Virgine liberam ab omni impedimento. Et aptasti horam seminandi.
Scias etiam ℘ ex signis fixis,Taurus laudatur,sed rarificat semen.
Vnde oportet ℘ proiciatur plus de semine,q̃ consuetum sit.

¶In acquirendo amore,& amicitia.

QValecunq; sit ascendentis signum ex fixis, vel communibus saltem, idipsum fortunabis ex laudabili aspectu domini sui, qui sit receptus à domino vndecimæ, vel ipse ascendentis dominus in vndecima reperiatur, Veneremq; aspiciat,& similiter vndecimæ dominus Veneri iungatur. Pone Lunam mundam,& liberam à malis,& iunctam planetę significanti personam illam, vt Saturno pro senibus, Ioui pro religiosis, Marti pro militibus, Soli pro regibus,& magnatibus, Veneri pro mulieribus, & Mercurio pro mercatoribus, & scribanis (vt prædiximus in capitulo de itineribus particularibus.)Et ambo similiter sint salui & liberi, & in bono loco constituti. Sitq; Luna in vndecima pro amico acquirendo, vel iuncta domino vndecimæ, vel Ioui, aut Veneri cum receptione, vel saltem in domibus,exaltationibus, aut duabus saltem ex minoribus dignitatibus,libera,fortis, & aucta lumine,& numero, aspiciens saltem dominum domus in qua fuerit. Si vero amicitiam petieris, vt in re aliqua lucreris, pone Lunam in domo significante rem illam,vt in octaua pro hæreditate, in sexta pro animalibus paruis,in duodecima pro maioribus,fortem scilicet,et receptam à domino domus,vel exaltationis signi in quo fuerit,qui non sit diuersus,vel contrarius rei ipsi,quam quæris. Similiter pars fortunæ in ipsamet domo cum Luna reperiatur,nec sit Mercurius impeditus,vel mali esse)nisi forte receptus fuerit)nam tũc petitionem cum difficultate tamen & duritia adimplebit.

TRACTATVS DE REVOlutionibus mundi, atq; natiuitatum.

¶Reuolutionem annorum mundi, videlicet Introitum Solis in primum Arietis, vel etiam in quodcũq; aliud Zodiaci punctum, vtputa natiuitatum, vel ædificiorum inuenire.

HAbita hic radice vernalis æquinoctĩ anno domini.1500.diebus æquatis à meridie vrbis Venetæ horis, & minutis horarum assumptis, facilis admodum erit in subsequentibus negocĩ huiusce agnitio. Anno nanq; quarto bisextili supra millesimum quingentesimum ab horis radicis detrahe minuta.42.secunda.56.anno itidem subsequenti octauo scilicet horam.1.minuta.25.secunda.52. Et sic de singulis bisextilibus annis vsq; ad centenarium numerum horas, & minuta deducas ab horis radicis præmissæ, quemadmodum è regione ipsorum hic propius annotatum inuenies, Sicq; voti compos fies. Quòd si modo supra.1600.annum operatio tua extendatur, vel vltra etiam, quibuslibet centenis annis dies, horas & minuta subtrahe, quot è regione ipsorum describuntur, denuo pro quibuslibet bisextilibus annis ad caput tabulæ redeundo. Verum si anno proxime bisextilem subsequenti hunc ipsum Solis ingressum in primum Arietis gradum adæquatum habere desyderas, facta prius diminutione prædicta in annis bisextilibus horis ipsis horas.5.minuta 49.secunda.16.superaddas. Secundo ab hoc anno horas.11.minuta.38.secunda.32. Tertio quoque post intercalarem annum horas.17.minuta.27.secunda.48. (vt in tabula) adĩcias. Et hoc pro futuris modo temporibus, nam pro præteritis, contrario modo operandum admonemus. Tunc nanq; quod in tabula addendum, minuatur, & econuerso, quod minuendum, fuerat addatur.

¶Habita vero aliunde natiuitatis, vel ædificĩ alicuius radice extra annum prædictum.1500.siue antea, siue postea, tunc per annorum numerum, qui sunt inter reuolutionis, ac primordĩ ipsius terminum operandum est. Sic itaque prius subducto anno radicis ab anno reuolutionis propositæ, si deductus annorum numerus quaternarium quemcunq; compleuerit, vtputa.4,8.12,16.20.& cætera, cum ipsomet tabulam præmissam ingredere, quodq; è regione ipsius dextrorsum notatum inuenies, ab horis, &

Anni	Di	H.	m	s	
1500	10	6	54	57	
1	0	5	49	16	Ad
2	0	11	38	32	Ad
3	0	17	27	48	Ad
	0	0	42	56	Mi.
8	0	1	25	52	Mi.
12	0	2	8	48	Mi.
16	0	2	51	44	Mi.
20	0	3	34	40	Mi.
24	0	4	17	36	Mi.
28	0	5	0	33	Mi.
32	0	5	43	29	Mi.
36	0	6	26	25	Mi.
40	0	7	9	21	Mi.
44	0	7	52	17	Mi.
48	0	8	35	13	Mi.
52	0	9	18	9	Mi.
56	0	10	1	5	Mi.
60	0	10	44	1	Mi.
64	0	11	26	57	Mi.
68	0	12	9	53	Mi.
72	0	12	52	49	Mi.
76	0	13	35	46	Mi.
80	0	14	18	42	Mi.
84	0	15	1	38	Mi.
88	0	15	44	34	Mi.
92	0	16	27	30	Mi.
96	0	17	10	26	Mi.
100	0	17	53	22	Mi.
200	1	11	46	44	Mi.
300	1	5	40	6	Mi.
400	2	23	33	28	Mi.
500	3	17	26	50	Mi.
600	4	11	20	12	Mi.
700	5	5	13	35	Mi.
800	5	23	6	57	Mi.
900	6	17	0	19	Mi.
1000	7	10	53	41	Mi.

minutis radicis deme. Et sic reuolutionem anni illius primo adæquatam habebis, dum scilicet per quaternos annos singulos à radice ad conuersionis annuæ tempus intercrit. Si autem supra quaternarium numerum vnitas, vel duo, aut tres supererint, tunc post prædictam æquationem, horis sic habitis horas, & minuta adiũcito, quas numero eidem super quaternarium excrescenti in tabula ascriptas inueneris. Quæ cum ex additione ipsa. 24. numerum expleuerint, radicis diebus diem vnum aggrega. quem interim bisextili interuniente vtique detrahendum admonemus, siue ex horis præmissis, siue ex intercalari die tantum annus ille excrescat, quem tamen reuolutionis annuæ diem propius, & commodius, ex Ephemeri ipsa, atque hic temporis propositi horam, & horarum minutia elicies. Quæ singula hic exemplo magis, quàm verbo innotescent. Habeo primum introitum ☉ vt supra, in ♈ horis. 6. minuta. 54. ī. 57. post meridiem anno domini. 1506. Modo hunc ipsum anno. 1540. exploraturus, ab horis eisdem, & minutis horas. 7. minuta. 9. ī. 21. demo, quæ è regione annorum. 40. tabulę ascripta inuenio. Ex quo dies. 9. horæ. 23. minuta. 45. ī. 36. remanent: tempus scilicet ingressus ☉ in ♈ anno domini. 1540. Quibus modo horas. 5. minuta. 45. ī. 16. ex directo anni vnius tabulæ prędictę descriptas iniungendo, dies erunt. 10. Martij horas. 5. minuta. 34. ī. 52. temporis, videlicet introitus ☉ in ♈ anno primo post bisextilem scilicet. 1541. Quod non minus de secundo, ac tertio communi anno quolibet fiet, dum prioris bisextilis anni horis prębabitis horas annis ipsis duobus, vel tribus correspondentes adauxeris. Pro reuolutionibus vero alijs citra primum Arietis punctum, veluti natiuitatum, ędificiorum, vel rei alterius initium, atque radicem habentibus in exemplum diem, & horam natalis mei cape. quod fuit anno domini labente 1494. horis. 16. minuta. 55. post meridiem. 27. Iunij, Veronæ scilicet cuiusmodi annuam Solis reuersionem ad annum vertentem. 1540. libeat explorare. Anno igitur natalitij ab hoc surrepto, 46. exacti remanent, quorum minor, ac proximior quaternarius numerus. 44. exhibetur, duobus superinde extantibus. Ab horis igitur radicis propositæ horas. 7. minuta. 52. ī. 17. demo, quæ è regione annorum. 44. in tabula præmissa describuntur. Sicque horas. 9. minuta. 2. ī. 43. residuo. Verum annis duobus supra quaternarios, videlicet. 44. extantibus, ideo horas. 11. minuta. 38. ī. 32. binario numero in tabula eadem descriptas addo. Ex quo horæ fiunt. 20. minuta. 41. retro. 15. reuolutionis natiuitatis meę Christi anno fluente. 1540. videlicet post. 26. Iunij diem completum, anno die vno ob intercalarem diem Februario præcedenti adiunctum.

Solas tamen quòd modus iste operationi tuæ ad vnguem satisfaciet, dum Sol per alteram longitudinem mediarum, vel prope (vt nunc Arietis caput perlustrando) feratur. Quamobrem ob eiusdem longitudinis remotionem à prædicto zodiaci puncto, non longe per annos multos expectanda, velut etiam à quolibet alio signiferi loco, natiuitatis, vel rei alterius sumpta radice, ob assiduam Solis augis decursionem infrascriptæ tabulæ æquationis Solis adhibenda est ratio, quæ per annos plurimos non minus, ac celerius quàm Alphonsi tabulæ proposito nostro inseruiet. Adhibita ergo reuolutioni cuilibet horarum, ac minutorum temporis æquatione præmissa, cum vero loco Solis tabulam infrascriptam pro te hac ingredere, &

quæ reperies secunda horarum in angulo communi signis, & gradibus zodiaci annotata, ea ipsa per numerum adauge annorum, qui inter radicis, atq; reuolutionis diem fluxere, productumq; per.60. impartire, atq; minuta eadem horarū, quæ in quotiente exhibueris, cum reliquo (si quid fuerit) minutijs, & secundis horarum per priorem modum adæquatis adhibe, vel ab eisdem minue, quemadmodum in superiori tabulę parte sub quolibet zodiaci signo per notam Ad. vel Mi. notatum apparet. Sic nanq; verum ac certum emerget reuolutionis cuiuslibet tempus non minus q̄ per Alphonsi tabulas, hic vltimo adequatum.

Quod sic exemplariter patet. quum nanq; in tabula hac nostra secunda. 28. cum dimidio gradui. 14. mi. 30. ♋. correspondeant (qui fuit verus Solis locus tempore natiuitatis propositæ) Idcirco annis. 46. a natalitĳ die ad annum. 1540. proxime decursis, secundum vnum horæ æquationi prædictæ addo ex causa. s. inferius exponenda, & sic secunda fuerit. 29. cum dimidio, quæ per annorum numerum. 46. decursorum producta, Minuta faciunt. 22. ī. 37. Quæ quoniam tituli præscriptio æquationis eiusdem sub ♋ secunda eadem minuenda denotat, Ideo minutis hisce. 22. ī. 37. ab horis. 20. mi. 41. ī. 15. deductis, quas pro horis primo adæquatis reuolutionis prædictæ exhibui, horæ sic remanent. 20. mi. 18. ī. 38. Tempus scilicet verissimum annuæ conuersionis natiuitatis meæ anno prædicto. 1540. secundo, & vltimo adæquatum, ad quod inquam, Ascendens, ac cætere domus, ex more erīgi præcipiuntur.

